




Arj

0026





HISTORIA
JVRISPRUDENTIAE
VNIVERSAE
ROMANA ET GERMANICA
IN
COMPENDIVM REDACTA,
ET
SCHOLIIS
PRAECIPVIS IN LOCIS,
VBI MAXIME IISDEM OPVS ESSE VIDEBATVR,
ILLVSTRATA,
—
QVAM
PRAELECTIONIBVS
POSTEA HABENDIS
DESTINAVIT
JOACHIMVS JACOBVS
REINECCIVS.
J. V. D.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS VESTERIANIS. MDCCCLXVIII.



THE HISTORY
OF THE UNIVERSAL
45
COMEDY REDVCTA
TO
THE
SCHOLARS
PRINTED IN LOGICIS
BY MAXIMUS REDDEMUS OBSESSE AIDEATUR
ILLUSTRATA

A circular library stamp with the text "UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)" around the perimeter and "DEUTSCHE UNIVERSITÄT" in the center.





ANTELOQVIVM

*Recitationibus ad Historiam juris æstivis
an. 1762. præmissum.*

P. P. T.

Si longa mei promissi expectatio,
quod non dubito ita esse, pleros-
que, si non quotquot præsentiam cor-
poris sui nobis commodare haud cef-
farunt, movere potuit, ut non nimis
verecundum admonitorem descendæ
justitiæ audire velint; habeo sane hac
hora materiam dicendi amplissimam,
vt verear, ne non dato temporis
spatio me ante exclusum sentiam,
quam finem facere opus sit. Omitto
igitur mentionem facere quam dudum
sit, quod optaverim copiam mihi
fieri sic agere coram & publice, vno
quidem studio meum vobis signifi-
candi

A N T E L O Q V I V M.

candi animum, quam colam & dili-
gam ipse singularem istam virtutem
atque præcipuam, quæ gaudeat uti-
que agnosci haud secus ac Sol lucere,
illifini, vt & plurimis prodeesse queat,
nec pauciores tanquam in sui admira-
tionem rapiat. Istum quidem splen-
dorem fortunæ, quo quisque doctorum
circum funditur, ego nemini invideo,
mihi autem hujus diei opportunitas
satis est, de qua mihi maxime gratu-
ler, ante omnia vero Numen obte-
ster sincere summum, vt nunc & im-
posterum largiatur, ne bonum factum
non sit quod edicere tentaverim;
ita enim prospera atque commoda
evenient singulis omnia quæ cupiant,
nec intermittent vires de hac Musa-
ruim sede sic bene merendi, quod sem-
per integro quinquennio & quod ex-
currit in votis habui. Tradentur
initio quæ pertinent ad historiam
Jurisprudentiæ vniversam, Romanam
& Germanicam; deinceps patebit quo
ordine quave via ad metam præfixam
decurrere animum appulerim. Pri-
mus ego has leges ad me per-
fero,



ANTELQVIVM.

fero, vt quid sapiam quod bonum,
quod jucundum, quod facile esse nec
illaudabile intelligent omnes, et si nulla
arte vestitum. (*) Quoniam ipsa na-
tura hoc doceat quemque, quam se-
qui uspiam pressius poenituit nem-
inem. Sponte id faciam ipse & sine
lege, vt fidem rectumque colam,
tempori serviam, fortunæ paream,
hactenus eam expertus satis inclemen-
tem; ut omnibus videar orbatus, quæ
in bonis haberi solent, præter ea quæ
rapere non potuit ullius hominis in-

* 3 videntia.

(*) Ut, quam quisque norit artem, in hac se
exerceat, facile patiamur, modo ubi sapiat
satis, adhibita diligentí cautione ne co-
gitationes sint nimis subtiles ansave arripiantur
qua teneri nequeant, quia prope abest
quo minus spes decollet prius quam matu-
ruerit, eas fore fortunatas. *Etenim res*
magnæ, judicio Fr. Bacon. de Verulam. in
histor. Regni & Regis Anglie Henr. VII.
egregii videlicet exempli & legumlatoris
optimi. p. m. 94. fere magis rigidæ & con-
tumaces esse solent, quam ut callidioribus con-
siliis fingi & affabre efformari possint.



ANT ELO QVIVM.

videntia. (*) Dabit certe Deus his etiam malis finem. Nihil propterea despero, ab omni quoque metu vacuus ne non liceat tamen, quod faciat ad ornandam & amplificandam remp. Neque solus ego qui sic agat ero, postquam tempestas præterierit, quæ ad coeli injurias referri non debet, sed ad molem opinionum quibus mundus regitur, quem fallet species non una quam diu homines erunt, qui rectum putent modo ad legem boni videantur. Quam obrem fere totus est quisque in eo, ut dudum amissis veris rerum [vocabulis] cortici verborum in hæreat,

(*) Hanc alioquin rem valde periculosam, ac fortassis veram mali cuiusquam genii operationem esse agnoscō, cum rerum specie vt cunque mutata, præteriorum non raro apud multos sic viget memoria, vt semper aliquid hæreat calumniarum, quæ quam fuerint audaces, tanquam faces quedam acres in animis hominum veluti in fundo vasis sub-sidunt, vt si illud paululum agitari contingat, sarsum adscendere consueverint; cuius fortunæ memorabile nec absimile excipium apud eundem me legere memini.

ANT E L O Q V I V M .

hæreat, neque mutatis rerum signis animadvertis, quid cujusquam sit uspiam. (*) Sæpe malum hoc nobis memini prædicere aliquos nescio quid grave secum cornicantes. Cur non audientes erant dicto Celsi magis, sic obloquentis: scire leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem. (**) Hoc equidem callide tenent alii, neque immeiores quam res ipsa difficultas sit & labor molestus, nihil tamen dubitant arte vincere,
quod

(*) Non illepide monet suum Lucilium Seneca epist. 114. mirari eum quidem non debere, corrupta (in ipsa quoque oratione) excipi, non tantum a corona folidiore, sed ab hac turba quoque cultiore. Togis enim, inquit, inter se isti, non judiciis distant. Hoc magis, (pergit) mirari potes, quod non tantum vitiosa, sed & virtus laudantur. Nam illud semper factum est. Nullum sine venia placuit ingenium. etc. Tam probe noverat, vbiunque videoas orationem corruptam placere, non fore dubium, ibi mores quoque a recto descivisse.

(**) In c. 17. D. tit. de LL. Quod si non totum, certe magnam partem pendet ab historia, quæ instar speculi est temperum.



ANTELOQUIVM.

quod armis nequeant. Succurrit iisdem fortassis aliquod animal Musici cantus rude, ex cuius tamen ossibus vident quam pulchræ fiant tibiæ. Quamobrem nihil ipsis tam malum videtur, quin aliqua parte prosit, si uti scias. (*) Ista autem, cuius quærendæ studio languore conficiuntur, vt viam diva commonstret, Eleusinem simulat prope, quæ servet semper quod ostendat revisentibus, neque sacra sua simul edoceat. Istos igitur

Her-

Fatendum quippe est, leges si latæ fuerint vñquam tales, quibus ista tempora maxime indigebant & sic εὐκαιρίως prudenter cœ constitutæ fieri vix posse, quin temporis ipsius suffragiis confirmatae perennaturæ sint. Quid? quod exemplo inde sumto haud raro fiant translatiæ. Quod maxime convenire credunt in illas, quas non occasio aliqua præfens poposcisse videatur, vt magis ex more legislatorum temporibus antiquis iisque heroicis providentia futuri latæ fuerint aptæque ad efficiendum statum Reip. beatiorem & maxime florentem.

(*) Nam quod sapienter præcipit Comicorum aliquis, in re mala animo si, bono utare, adjuvat.

ANTELOQUIVM.

Herculis labores quis nobis invideret,
si reperirent aliquem fortassis ex Cy-
nica gente, quem ad talia ministeria
protrahere quiverint, vt quoniam
quiescere nequeat, locupletibus indi-
cibus conficiendis tempus terat, ve-
luti eruditioribus administer ad rem
quamlibet laboriosissimam? Non sic
insaniunt qui de sapientia hominis
dubitant, quem norant ante valuisse &
melius habere & in possessione suarum
rerum semper fore propterea, quod
aliena negligere putetur neque curare
admodum. Scio sane quid insit bellu-
lis quibusdam artibus ad hoc compa-
ratis, ut istam LL. vim ac potestatem,
quam Celsus laudabat, expositis aliqui-
bus signis extorqueant, si non eapro-
pter in foro regnant nonnulli, quod
subtilissima collectione alios fallere di-
cierint, nunquam evincent noctem
esse qui nunc est dies; quos tamen
videas saepe & manu teneas id serio
vultu afferentes, quod nemo ægrotus
tam ridiculum somniat; mox etiam,
vbi e re futurum sit, inficias ituri,
quæ manifesta sunt. Neque tameu de-

* 5 fuerunt



ANTELQVIVM.

fuerunt multis ab hinc seculis, quibus
institutum placeret, ut amarent hoc
& laudarent, illas ipsas artes tan-
quam filiolas suas exosculantes, qui-
bus impostores agant, quam molestus
etiam is labor fuerit ineptiarum &
misera res difficilium nugarum. His
autem armis instructi audent non pau-
ci aditum sibi parare ad rerum domi-
nam jurisprudentiam, vt quos fluctus
in simpulo prius dederint, eos post
excident in quodam mari, omnes ita
vbique res, omnia vitae munia per-
vertentes. Sequuntur deinde ducem
quisque suum cæteri, quibus magna
mercede constat, quod nihil sapere
didicerint, quia vix licuerit recta via
ad sapientiam grassari hinc defioculis,
inde lippis, cum præter opinationem
obsisteret euntibus quoque & lumini-
bus officeret errantium multitudo,
quæ facit vt quod pessimum esse di-
xeris, plerique pereant exemplis. Sci-
licet facilius erat & brevius doceri
his, quid imitandum vitandumque sit,
longo illo per præcepta itinere, imo
efficacius etiam, ut nec rectum qui-
dem



ANTELOQUIVM.

dem sine exemplo, nedum jucundum
putes. Faxo itaque in tradenda vobis
jurisprudentiae universae historia, vt
non tantum exempla adsint vobis
promiscua, sed ea potissimum quæ
ab omni flagitio sint remota, probe
gnarus vix quenquam reperiri, qui
quod male quæsierit bonis artibus ex-
ercere tentaverit. Nolim tamen ex-
istimetis, Auditores, hoc fieri eo con-
silio, vt modum ingeniiis ponerem,
quin magis cupiam vt naturam du-
cem quilibet sequatur probe cultam,
modo non eam cogat, sed missam fa-
ciat manu prius, quam imperio ut in
eandem ex ulla ratione audeat. Co-
gitetis necesse est, non statim dete-
rius fieri, quoad diversum fiat; coetu
separari maluisse semper, quotquot
præclari facinoris famam quæsiverunt:
neque tamen confidere hoc potuisse
festinatione, quæ inconsulta est &
præceps, cæterum cautos, ne ut ple-
risque aliis contigit ipsi quoque in illis
Dialecticæ gyris atque mæandris tan-
quam apud singulos scopulos conse-
nescerent. Ne dubitetis fori silvam
in-



ANTELOQUIVM.

intuentes de tanta materia rerumque omnium quibus opus est congerie , ex qua cuivis integrum sit secernere quæ libeat. Parum igitur nostra refert, unde comparetur. Sollicitas tenerimentes vacuas , aut quicquid tenuissent vulgata putare omnia. Quorsumcunque ire & progredi constitutum fuerit in ea elaboranda primum, deinceps pro more tractanda , & tandem perpolienda , viam invenient diversam atque aliam, ingenii acie tantum pollentes & oculis rem metientes non vitreis aut mutuaticiis, sed suis. Hanc si non præstet historiæ cognitio vtilitatem , quæ poterat tanta esse causa cuiquam Romanam vindendi, quam stultus quisque urbem ex suo ingenio judicat huic suæ similem fuisse? (*) Bene sapienterque, qui ante nos vixere "cordatissimi mor-

(*) Historiam qualiscunque fuerit, laudatores habuisse complures, qui veris eam ac propriis laudibus exornarint tanquam vitæ magistram, res notissima est. Quare nec operæ pretium fecisset hoc maxime ævo, quod totum veluti in eo est, vt illam amplectar.

ANTELOQUIVM.

mortales haud ignari, quibus esset magistris opera danda, decreverunt vni pontificum factioni maxime obviam ire, quorum injuriis contumeliisque sapientia sic accepta est, ut vobis esse, quam in regno suo malit, posteaquam omnia late homines inquieti contentiosique tenent, qui non illam sane, sed pollicem ipsius & superstitionem maxime secuti formularum, sacra & religionem jocum & risum fecerint. Ecquis enim apud eam horum

plestatur & auctam cupiat, longa excursione ad ejus facilitatem, oblationem & utilitatem. Aequa tamen facile non est quidquam ex vero aut melius addere, quod ad cultum spectet, sive ex genere, sive ex ordine, tum locis historiarum reste instituendis, nec non auctorum delectu. Neque enim cessavit aut in hisce tradendis aut rempt. statu exponendo, imo temporis universi ratione ineunda, ne tanquam sine duce incedere necesse sit, aliorum solertia. Hos nec recensere sine judicio, nedum legere cum scrutinio jam vacat, quandoquidem vtrumque moram longiorem injiceret, sicut ex altera parte scrupulosiorem indaginem requirere visum fuit, quam praesens institutum laturum credibile foret.



ANTELOQUIVM.

rum quæ recte uspiam sunt instituta
volam aut vestigium reperiatur? quum
videat istos natura & moribus inhu-
manos & barbaros, veluti servilibus
officiis tantum intentos inque obscuro
loco vitam agentes, ubi adolescen-
tiæ suam exerceant? At cernunt ju-
stitiæ sacerdotes ceremoniarumque
antistites in magno honore semper
fuisse, quibus assurrexerit populus, in-
crepantes metuerit, dicto cuncti au-
dientes fuerint, rati scilicet, id quod
res est, longe hoc pulcherrimum esse.
Hac itaque moventur spe, ut ad simi-
lem dominatum maxima ope nitantur.
Nemo autem hinc sibi vigilantiam, la-
borem, indefessum doctrinæ studium
expectet. ¹⁰ Gravia hæc esse censem,
& viris relinquenda, ipsi breviori via
dolis atque astu contendunt. (*) Reli-
gio

(*) Nolim sane mihi auscultaturos unquam
immemores esse salutaris illius admonitionis,
quæ est viri sæpius jam laudati, qui merito
audit seculi sueque gentis decus summum, in
serm. 60. inscripto faber fortunæ, sive do-
ctrina de vitæ ambitu. p. m. 343. sqq. vbi
posteaquam attigerat gravitatem & malas
illorum

A N T E L O Q V I V M .

ligio mihi est expromere faciles istas artes , quae promittant magnam sapientiam & ad quas fingendas non nati sed ab aliquo Mercurio facti videntur. Quid? quod jam tædet ipsos formularum , in quibus nihil admirationis insit præter hoc unum , quod imperitæ plebi sic illudant , cui fallen-dæ apta sint omnia , quamobrem in-situm illis est quanta magis falsa sunt quæ siant , tanto plura facere. Ita nimirum apud eam summa securitate & ingentibus præmiis peccatur , quam vis una hæc ars tristissimis experimen-tis constet & ab omni ævo tan-tam stragem ediderit demissis ad extre-mas tenebras tot quoque illustrium

heroum

illorum artes , si fuerint qui se Machia-vello dederint in disciplinam , hunc in mo-dum eloquitur. Si quis hujusmodi inqui-nata prudentia delebetur , non ierim infi-cias eum , quandoquidem legibus charitatis & virtutis omnibus se ipsum solutum for-tunæ sollempmodo manciparit , posse majore compendio & celerius fortunam suam pro-movere. Fit vero in vita , quemadmodum in via , vt iter brevius sit foedius & coe-nosius : neque sane vt per viam meliorem quis incedat multa circuitione opus est . &c.



ANT ELO Q V I V M.

heroum animabus, quod credant ab irato Achille solum fieri. (*) At finem facere cogor querelis meis, quam sint justæ, metuens attamen, ne nimis longe animos vestros, Auditores, avertant ab ipsa re, quæ singularem & suam cujusque industriam postulat ut recte indagetur. Accipite igitur, si placet, ut ipsimet existimare possitis & agere, quod est vestrarum partium, totius meæ operæ, quæ universam concludit jurisprudentiæ historiam, argumentum.

(*) Dudum hoc observatum fuit Pindaro, (quem diurna nocturnaque manu versare solebam peradolescens) in suis elogiis heroum, imprimis Pyth. Od. III. Olymp. Od. II. & VII. quibus in memoriam revocat, quod sciant a prioribus seculi hominibus edoſti, alias alios esse ventorum, cum petant alta, flatus, felicitatemque hominum non in longum permansuram accedere, quo minus in una temporis parte aliae ingruant auræ verb.

"Αλλοτέδ' ἄλλοισι πνοαι οὐ πιπετῶν
αἰνέμων. "Ολβος δὲ καὶ μακρὸν αὐδόων
ἔρχεται.

Item Ἐνδε μιᾶς μοιχα χρόνος ἄλλοτες ἄλ-
λοισι διαιθύσσεσθιν αὔρας.

Histo-





HISTORIA JURISPRUDENTIÆ UNIVERSÆ ROMANA ET GERMANICA.

PROLEGOMENA,

quibus explicatur finis, quorsum tendimus, nec non ratio & methodus, veluti via, qua eundem est proxima, tuta atque commoda.

§. I.

Postulatur vel flagitatur potius a nobis historia Juris sic tractanda, qua effici tandem possit, ut plerique ad delectionem alias relata, rescessis quae forte superuacua viderentur & redundantia omnibus, recta & sine ambagibus tramitem pandant ad veritatem, & si fieri nequeat, ut illum sinent.
(Reineccit Hist. Jur.) A

at-

2 *Jurisprudentia universalis*

attingamus, tamen proprius intueri eundem concedatur, neque ea in re quidquam cedamus aliis doctrinis. (*)

(*) Cautione scilicet providentiaque, ne talis offeratur humano intellectui victima, quam Prometheus iste olim litabat, cum fraudem Iovi facere auderet, adducta nimirum loco bovis veri, pelle bovis grandis & pulchri, stramine & foliis & viminibus suffarcinata.

§. 2.

Arduum profecto hoc esse, sed utilissimum quoque literis nostris, quoniam istud unum satisfacere possit his, qui toto animo fontes sequantur, illosque comprehendere maxime cupiant, ii demum intelligent ipsi, qui norint, quantum sit illud munus, quod patriæ debent in explicandis **LL.** atque ad usum convertendis.

§. 3.

Nondum me satisfecisse putabam officio, si descendendi cupidis paulo accuratius enarrando origines ac progressum juris tum Romani, cum Germanici, utcunque ex ipsa historia ostenderem, quis utriusque illius juris in foro usus esse vel possit, vel debeat.

§. 4.

Minus vero operæ pretium statuebam, cum aliis contendere, et confutare eos, de quibus vix dici nostra refert, quantum decipientur ac decipiunt, si ut jus Romanum in exsilium agant, Germanicum, quod sciunt cum ignarissimis, in tribunalibus regnare unice velint.

§. 5.



§. 5.

Nolim præterea, cuiquam in mentem venire, me quid latuisse horum ludibrii, qui recepto in subsidium illo jure tantam rerum conversionem factam esse existimant, ut moribus patriis foro ac velti aqua & igni interdictum sit. (*)

(*) Conferat hic, cui otium fuerit, B. Thomassi curas, imprimis præfat. ejusd, ad novam editionem Joh. Schilteri Exercitat. ad D. f. Praxin Jur. Rom. in foro Germ. scriptam mens. Januar 1713.

§. 6.

Quam parum etenim ad eam rem conficiendam restat negotii? modo memineris, ignorationem juris magis litigiosam fore semper, quam nusquam sit illius scientia & principiorum, a quibus, ut viris doctissimis placuit, profectæ fuerint leges, sic descriptæ, ut habeamus in iisdem unum rationem in natura insitam, quando junent facienda, prohibentque contraria. (*)

(*) Consiliis capiendis haud inutilem præstitit operam M. T. Cicero in suis Libris de LL. quos tamen nec integros superesse constat, adeoque non sine judicio & contemplatione cujusvis reip. status adhibendos.

§. 7.

Væcordiam prorsus saperet auctorem non regn fieri, sed fabularum, atque opinari, ac si Germaniae ita conveniret cum Romanorum institutis, ut vix aliquid intersit cujusquam, quo jure utitur? nulla in mente hominis confirmata ratio aut perfecta iuste.

A 2

§. 8.



§. 8.

Itaque cum arbitrentur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit, ut recte facere jubeat, vetet delinquere, nobis equidem perinde sit, eam rem credant illi vel Græco nomine a summa cuique tribuendo appellatam, an Latino a legendō, ut illi æquitatem, hi delectus vim, in lege posuerint; quia proprium utrumque legis esse perhibent, neque inepte.

§. 9.

Nescio autem, quid popolare habeat eadem ratio? quod cogat interduin, ut populariter loqui necesse sit, & eam legem, quæ scripto sancit quod vult, aut jubendo aut vetando ut vulgus facere solet, appellare; constitundi vero juris exordium ut hinc capiamus natura rei non patitur; quoties ea intercedit, ne sermonem institutum præcipitemus, sed ea quæ vel tangi possunt & manuprehendi, eloquamus commodius & rationem communem sapientius sequamur.

§. 10.

Sit sane ista res magna quærere, quemadmodum cœveamus in jure, aut quid de quaue consultatione respondeamus? Factum fuerit sæpe, ut ea quondam a multis claris viris, aliquando tamen ab uno summa auctoritate & scientia sustinetur, jam campus esset dicendi amplissimus, atque uberrima materies scribendi historiam maximam, non sane de nihilo natam. (*)

(*) Iuvenes præcipue juri discendo intentos planeadmonendos existimari, ut modum hujusmodi huiusmodi.

istoriæ sibimet ipsis præscribendo ex fine, in his, quæ ulla ratione superflua esse credantur, parce admodum operam suam collocent, alioquin fatueros periculum, ne in mole operis in immensum aucta, virtute parum aut nihil promotum fuisse experiantur.

§. 11.

Enim vero si quis igitur in hac disputatione totam causam universi juris ac legum sibi complectendam esse censeat, is agnoscet facile, quam parum hoc sit, quod civile dicunt, & sic committunt, ut in parvum quendam & angustum locum concludatur natura.

§. 12.

Quid continget denique? Scilicet totidem, imo pluribus rebus vel ignoratis vel relictis, gravi periculo involvimus profecto, ut verendum sit quovis momento vel minimo & temporis & loci, ne non pars possessa ob eandem rationis rectæ communionem, ad se trahat vacuam; & nuspian nos sinat esse curarum & doloris vacuos.

§. 13.

Dabo omnino his, qui tantum indulgeant ingenio, ut facile plena reperiant omnia earum rerum, quæ satietatem pollicentur earundem potitis; neque tamen memini adhuc a quoquam audire, qui idem facere ausus sit, quod fecisse alterum percepérat, se eandem experiri virtutem, quæ nihil habeat aliud, præterquam in perfecta & ad summam perducta natura, quæ spondeat propriæ certioreme hominis & Dei vel similitudinem vel cognitionem.

A 3

§. 14.



§. 14.

Fingunt autem sumtis e mortali genere aliis, quibus cohærent homines, quæ fragilia essent & caduca, animum a Deo ingeneratum, cui quam difficiliter id fiat, ea sit & tanta potestas, qua omnem iustitiam expleat, modo aliquam habeat notitiam Dei.

§. 15.

Nullam gentem esse profiteatur neque tam immansuetam, neque tam feram, quæ non, etiamsi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat, ex quo efficiatur illud, ut is agnoscat Deum, qui unde ortus sit, quasi recordetur, ac noscat. §. 16.

Recte id quidem. Quotus quisque autem hominum ita faciendum esse censet, ut non amplectatur sententiam omnino indignam homini, qui noverit probe, nihil sibi relictum sic esse imperii præter obsequii hanc gloriam, qua venetur eum usum, qui rectæ rationi per omnia respondeat, contentus ea natura, quæ tantam rerum ubertatem largiatur, ut ea quæ gignuntur indies & augescunt donata consulto nobis non fortuito nata intelligat.

§. 17.

Illam vero rationem initurus ita semper existimabit ad historiam legum jurisque recte atque ordine percipiendam non satis esse scire, quo quæque anno, tempore, vel auctore lata, constitutave sint, quo in argomento juris versata, sed necessariam esse imprimis legum omnium jurisque rationes causasque omnes explicatas habere.

§. 18.

§. 18.

Nemo inficias ibit omnino sic esse, qui penitaverit, nisi ratione cuiusque animo perspecta, ipsius legis vim atque potestatem tantam esse, cuius cognitionis unquam se compotem fieri posse desperandum, & qua nihilominus semper opus sit toties, si contigerit, ut eadem ad nostrum statum rerum publicarum, illique propriam utilitatem sit transferenda.

§. 19.

Videat igitur, quomodo hanc facultatem sibi parare velit, sine status publici plena notitia? si vel maxime cogitet, leges omnes a necessitatibus reip profectas, status publici constitutioni attemperandas esse; istum vero statum publicum omnem denuo ex legibus publicis pendere.

§. 20.

Iam quid agunt? quibus ad manum est tantus legum & peregrinarum & annis obsitarum cumulus, si tantum cortici verborum inhærentes ad suas commoditates transferunt obvia quævis de historia juris, sive universale & plerarumque gentium commune id sit, aut civitati cuiquam proprium, curiosi ideo, quod oculis obversentur libri non pauci scripti atque editi in eo arguento, in quibus jura publica illarum civitatum plane prætermissa sunt planeque neglecta. Status autem publicus horum temporum, quibus perferebantur ad populum parum diligenter, excusus fuerit?

A 4

§. 21.

§. 21.

Deinde evenit, ut si cuiquam scrupulus in re præsenti injiciatur, is incidat in jus commentarium horum, qui solliciti fuerunt, et fere nimium diligentes, ut historia de qua agitur artem saparet, quæ non juris solum, sed imprimis etiam litterarum humaniorum studiosis, non equidem ad vitæ usum, sed ad delectationem comparata foret.

§. 22.

Iis autem ad intelligendos veteres scriptores & Græcos & Romanos, juris publici magis quam privati, at hujus quoque historia percipienda erat, non paucis in locis ab ipsis interpretibus sic tradita, ut in tanta rerum vicissitudine atque obliuione magis dolenda videatur quam amplectenda docilis admodum imitatorum solertia.

§. 23.

Itaque, quoniam eundum est omnino, seu placeant vestigia, seu terrorem incutiant timide sequentibus, jam circumspicere oportet de via & proxima, & tuta, & commoda, sic tamen, ne vel aut nimirum brevitatis studio multa necessario veluti omittamus consilio & rationi nostræ contentanea, neque vero multo opus sit sudore, ad evitandas ambagines, quæ fervidius aliquorum studium magis impedian, quum sciām, quam moræ sint impatientes & spes utilitatis citius decollat, quam ad scopum pervenerint.

§. 24.

Quid igitur conducibilius contingere posset ad finem properantibus eundem, nisi id ipsum, si tan-

tanquam manū ducantur, & moneantur, ne nī-
mum festinantes cœco veluti impetu hinc illac fe-
rantui quorū sum non tendant unquam? memores
illius, non scholæ, sed vitæ discendum esse.

§. 25.

Aliquoversum videlicet trahimur omnes aut
ipsa natura, aut minimum consuetudine, quæ vi-
cem ejus sœpe occupat. Aliorsum ducunt LL.
ista civitatis scriptæ, quæ aliquando aut jubent,
aut vetant, idque tantum non semper judicio recto,
sed quoad ipsam summam interdum paululum ini-
quiore; quos scopolos facile evitant providentio-
res, si concedatur alia via perseguiri, quod cujus-
vis & vere in bonis est.

§. 26.

Do sane, nihil ad nos pertinere Cinnum il-
lum Academicum, quo omnis disciplina non sine
gravi dissentium detimento in ea compendia con-
cluditur, e quibus non possunt non indies aug-
menta capere frequentissimæ alioquin & quales-
cunque disceptationes artes ac controversiæ, po-
stequam illæ in tantam jam molem excreverunt,
ut vix ulla peritia satis sit, ad thesauros doctrinæ
solidioris, veluti e durissimo filice extundendos &
eruendos.

§. 27.

Quamobrem, ut beatum prædicto & maxime
felicem, qui in justi atque injusti scientia, quæ re-
rum divinarum atque humanarum notitia est,
scorias a metallo separare noverit; ita non pos-
sum non certiores facere in tempore audituros,

A 5

esse

esse hanc raram in terris avem, & corvo albo
multo rariorem.

§. 28.

Æque desperandum puto, ne successu creant
confilia multum *Ludwigium* & *Cramerum* inter
de methodo mathematica in jure, nec sine bīt, agi-
tata. Huic quippe si locum, de quo unice con-
tendunt, in jure civili concederem, non possem
certe præstare, ut habeant omnes antecessore: ea
in re consentientes, nedum qui sic intelligent jus
civile, ut reapse demonstrent, quæcunque esent
demonstranda, nec infinitis modis deflectant ad
contraria. (*)

(*) Artes & methodum quis dubitet s̄epius iteratio-
nes & prolixitatem gignere æque ubi nimia: sint
ac ubi nullæ? Illud autem studium cum subinde
ingravesceret, aliorum quoque incommodorum
cumulum trahere visum fuit, plerisque verbis at-
que vocabulis tantum se locupletes facientibus,
paucis rei vel minimum habentibus. Quotus
quisque enim horum, qui methodi suæ legibus
res torquere confieverint, quicquid in laqueos
istos non apte cadit, non mavult aut omittere,
aut præter naturam infletere? Quo tamen efficere
putantur, ut quasi nuclei & grana cujusquam sci-
entiae exiliant, ipsi aridas tantum & desertas fili-
quas stringant.

§. 29.

Nam, quod confirmant, omnium quæ a ma-
joribus constituta sint, rationem reddi posse, hoc
diserte negat Julianus L. 55. Digestor. c. 20. tit.
de LL. Senatus C. &c. inter JCTos horum tempo-
rum

rum facile princeps, functus prætura & bis consulatu & Præfectura quoque urbana, & qui omnium quoque Principum, sub quibus floruit, consilio fuit (*)

(*) De Salvio Juliano, JCto, qui Hadriani Imperio maxime floruit singularem Diff. dedit.
B. Heinecius.

§. 30.

Impudentis esset, post tot seculorum decursum tale quid postulare ab imperitioribus; arrogantis autem atque ambitiosum satis, affectare scientiam rerum de quibus, tanquam tempestate & vetustate dudum consumptis, multum qraesitum fuit olim, fictæne essent, an veræ?

§. 31.

Pessimum genus hominum esse crediderim, qui philosophi audiant, nihil tamen relinquant dignum studiofis ingenuarum artium earum rerum, quas ceperunt, harum signis tantum commutatis. Tam quippe sunt faciles in constituendo juriū discrimine, ut sententiarum difficultatem præ definendi demonstrandique pruritu vix quisquam animo comprehendat & vocabulorum novitate deceptus, incertitudinem non agnoscat.

§. 32.

Sic natura dominatur in Digestorum methodo, ut recte agere fateantur plerosque, qui eam fervent in compendiis qualemcunque, ne studiofis faciliori fontium aditu prohibeantur. Imo si necesse fuerit prorsus eam, quæ ad universam doctrinam



nam sit magis accommodata, usū quoque præstet, dulcis non multo secus erit ea, quacum initia illius contrahimus, quam illa, quæ hanc excipit, dum ista sit major & hæc in ea contineatur.

§. 33.

Minime autem immemor esse debet & qui discere allaboret, & qui recte docere instituat, Auditores in Academiis non omnia, sed fundamenta tantum & fontes discere velle; quoniam reliqua usū melius hauriantur & certius imbibantur, addita frequentiore lectione JCTorum non modo, sed & Historicorum.

§. 34.

Ne dubitent hi quos amo, monitorem & banæ mentis auctorem admittere, si quis urgeat, ut intellectis principiis & præceptis tantum perpauca, manum operi admoveant statim uni vel alteri, rudiori primum, deinde magis magisque poliendo.

§. 35.

Qua in re inter historiam & reliqua juris capitata nihil interesse censeo. Assentior nimis his, qui dudum confirmarunt, quod semel rectum sit verum quoque esse, neque cum literis quibus scieta scribantur, aut oriri aut occidere.

§. 36.

Hinc ubiores fructus expectare poterit, qui fundamentis intellectis hæc quavis data occasione ad usum transferat certum, & lectione privata plus discet atque memoria tenebit, quam in scholis.

lis. Sciet etiam doctus qui experiendo rem dicere ante, quem modum uspiam eligere erit.

§. 37.

At, quae rerum confusio? si nudam sectetur veritatem veluti aliquam sine veste Dianam? Et quales tandem sunt quas habent methodi leges? immo tales ne appellandas quidem. Scilicet, prout quisque ut eruditionis laude antecellere cupit, sic nihil veretur profanare studia sine Praxi in Academias protrusa.

§. 38.

Manebit utique, fatentibus rerum peritis, indissolubilis ea doctrinæ naturalis & prudentiæ juris nexus, & palmam præripient facile reliquis, qui principia & ἀναλογίæ probe teneant & fontes sciant, quum contra ea si cum iisdem compareres, qui integros libros memoria teneant, hi parum tamen sciant, ut potius farragine opinionum ubique dubii hæreant.

§. 39.

Res ipsa autem, cuius meditamus historiam, tripartitam se sifit, communem nempe omnium gentium primo, deinde civitate Romana receptam atque cultam; & denique Germaniæ nostræ veluti adoptionis jure eidem addictam,

§. 40.

Hac via plane intelligimus, justos natura nos esse factos, aut minimum ad justitiam colendam & comiter habendam natos, neque opinione, sed natura constitutum esse jus, nisi quod in pravatibus



14. *Jurisprudentia universalis*

tibus etiam insignis est humani generis similitudo, ut voluptate facile capiantur omnes, nec minor corruptela malæ cosuetudinis, quæ sëpe tanquam igniculos extinguat ista virtutis semina, a natura data, exortis & confirmatis ab ea vitiis contrariis.

§. 41.

Ita vero, quæ totius rei summa est, aut quod historiæ juris caput redissime dici mereatur, hoc quasi rostro sünditur, ut divisum æqualiter in duas partes, ex uno latere vestigia premat virtutis & sapientiæ, ex altero contra per varias artes, quæ instar rivulorum sint, decurrat ad sedem stultitiae, substructam ex altera parte violentiæ viribus, ex altera dolî mali fraudulentis insidiis.

§. 42.

Sed quoniam ita se res habet, ut vitiorum emendatricem legem esse oporteat, commendatricemque virtutem, caveant ii; qui ab ea vivendi doctrinam ducunt, ne a sapientia, veluti omnium bonarum artium matre se abduci patientur iis illecebris, aut putent hac quidquam esse in omnī arte præclarius, modo supra naturam sit, eamque prævertere conetur.

§. 43.

Imo ne audiendi quidem sunt, qui hoc exigant, & in arte juris omne præsidium collocent, ut potius necesse sit ad eam partem, quæ naturæ deberi queat, & ex qua egressi fuerimus, toties reverti. Hanc etenim scimus sapientissimorum fuisse sententiam, legem quæ universum mundum regeret,

geret, illam videlicet imperandi prohibendique sa-
cientiam, quam principem legem dicebant & ul-
timam, neque hominum ingenii exegitatam, nec
scitum aliquod esse populorum.

§. 44.

Quæ si vera sunt, qui sapere ausus fuerit
animadverteret, falsos fieri, qui uspiam talem in-
ter hominum ullo genere præ se tulerint cogitan-
di, agendi, vivendi artem, tantamve potentiam,
quæ fuerit idonea, ut quiverit legi isti, quæ æter-
num quiddam est, aliquid adjicere novi, aut de-
mere, eandemve mutare.

§. 45.

Et quis? nisi quem æstus consuetudinis absor-
beret, & ad sermonis morem usitati pertraheret,
de recta summi Numinis ratione, qua lex illa vera
atque princeps apta ad jubendum & ad vetandum
existit una, ob quam in jus vocantur omnes, quis
inquam existimet, posse eandem a quoquam in-
star crinis obliquari nodoque substringi?

§. 46.

Ajunt de LL. præcepta dantes ad salutem
civium, civitatumque incolumitatem, vitamque
hominum quietam & beatam, eas incertas esse;
eosque qui primum ejusmodi scita sanxerunt, po-
pulis ostendisse ea se scripturos atque laturos auxi-
lia quibus illi a descriptis suscepitisque honeste
beateque viverent; quæque ita composita sancta-
que essent, eas leges videlicet, ceu delectus ali-
quos ex his universis, quæ cuiquam prosperrima
caderent sorte, nominarunt.

§. 47.



§. 47.

Ex quo interprete quodam justo intelligi pa-
est, eos, qui unquam perniciosa & injusta popu-
lis jussa descripserint, cum contra fecerint, aut
frena relaxaverint, quam polliciti professique sint,
quidvis potius tulisse, quam leges; ut perspicuum
esse possit, in ipso *nomine* legis interpretando in-
esse vim & sententiam justi & juris legendi.

§. 48.

Illine autem historiam nobis tradant juris,
qui enarrant solum, quam multa perniciose pesti-
fereque scita fuerint unquam in populis, quæ non
magis legis nomen attingunt, quam si latores ali-
qua concessu suo sanxerint summa necessitate
adacti?

§. 49.

Nam præclare id mente comprehendimus, ne-
que medicorum præcepta dici vere posse, si quæ
insciî imperitique pro salutaribus mortifera con-
scripserint. Sic neque in populo lex ejusmodi
fuerit illa, etiamsi perniciosum aliquid populus
acceperit.

§. 50.

Ergo est lex, sic concludimus tandem cum
Tullio, cuius hæc philosophia est, justorum in-
justorumque distinctio, ad illam antiquissimam &
rerum omnium principem expressa naturam, ad
quam leges hominum diriguntur. Diriguntur,
inquam, & cui fini aut quibus viis? His nempe
quæ suppicio improbos afficiunt, defendunt ac
tuentur bonos.

CAP.



CAP. I.

Enarratur ordine historia Jurisprudentiae sine arte, (*) & Juris tamen in ea certi ac perspicui, apud omnes populos ab origine mundi, usque ad nostra tempora.

(*) Hac ubieunque locorum aut quovis tempore exercenda nihil opus est centumviralibus iudiciis: satis idonei censentur esse duumviri, nedum quatuor; talique quatuorviratu (dem Vier-Herren Umte) hodienum haec ipsa civitas utitur consuli-
tius ac quondam praesule.

§. I.

Qui cupiat historiam juris in universum ediscere, ut penitus perspiciat, qua ratione moveantur ea, quae alias vix summa ingenii ratione comprehendat, eademque dignantur nobis indies, ad fruendum, ut gratum esse cogant quemcunque hominem numerare deceat, is credo imitabitur quodammodo Platonem, & quos ille secutus esse traditum est; ut hoc quoque videat legi esse putaret, persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere. (*)

(*) Quam facile! imitatu esse videtur quicquid ingenium hominis parturit umbratilium speculacionum; tam sumus faciles aliquando in tolerandis iisdem modo non quoque damnosa forent repe-
xiunda, sicubi in usum illa verti contingerit. Rem sane mali omnis interpretari haud veritus est Fr.
Baco de Verulam. in Aristotele, licet ob acumen ingenii mirabili, „quod impetu quodam percitus
(Reineccii Hist. Jur.) B , con-



„contradictionis, & bellum universæ antiquitati in-
dicens, non solum nova artium vocabula pro li-
bitu crudeli licentiam usurpaverit, sed etiam
priscam omnem sapientiam extingue & delere
annifus fuerit &c., Quamobrem fieri quiverit,
ut tali apud alios titulo insigniretur:

*Felix doctrinæ prædo, non utile mundo
Editus exemplum &c.*

quem utique cum tota sequacium turba meritus
est ap. Avercromb: in fure Academ.

§. 2.

Eo modo affectus si quis erit, huic nego in
mentem venire posse, nuspam factum fuisse ali-
quid unquam in hoc universo, ut nemo extiterit,
qui auctor fieret illorum, quæ ullibi gererentur, sol-
licitus pariter, qualis quisque, quid agat, quid
in se admittat, qua mente, qua pietate religio-
nem colat intuens, piorumque & impiorum ha-
bita ratione.

§. 3.

Fateri oportet profecto, esse in his factis a
majoribus constitutis plurima, quarum ratio red-
di nequeat; attamen ea sic instituta fuisse, prout
traditum est, & leges latas, quæ nunquam tolli
neque abrogari iterum potuerint, quis ideo recte
negaverit? Neque enim contingere poterat ut
abrogarentur, si modo acciperentur ea ab illis qui
numeris essent.

§. 4.

Non deerant igitur, neque desunt adhuc fa-
cta, quibus hæ leges, quæ in censum veniunt il-
larum, quas naturæ tribuunt & communes faci-
unt

unt pluribus gentibus, originem debeant & mutationes, licet ista mutatio rerum statu publicarum hodie ignorentur; & si quæ vicissitudines earundem adhuc memoria teneantur, quæ studii tantum & delectationis, non reip. causa scripserint poëtæ inter philosophos antiquissimi, nemo tamen, qui sapiat, in isto periculo a poëta ut a teste veritatem exiget.

§. 5.

Hoc cæterum certo nobis persuasum est, quæ ante deletum aquis mundum latæ sunt leges, omnes Deum auctorem habere, & per revelationem primum innotuisse; quod unum scire nobis sufficere potest ad intelligendos earundem fines, si rem præsentem tibi ob oculos ponas eandemque ad istam rerum faciem recte comparare noris.

§. 6.

At vero, quam sunt aliqui doctores hic versuti, quorum celeriter sic mens versatur, ut ante diluvianam juris historiam, imo post-diluvianæ etiam magnam partem, usqne ad tempus urbis Romæ conditæ, brevissimis absolvant? Et qui poterant aliter facere, cortici tantum verborum inhærentes, vim autem ac potestatem legum, quibus imbutæ mentes haud sane abhorrebunt ab utili & a vera sententia, negligenter tractantes?

§. 7.

Parum sane resert nostra talium legum dispositiones dispergiri pro materia substrata in eas quæ spectant nudas ceremonias, & negotia forensia; multum vero interest omnino, utrum Deum recte



colas, an sécus? Et suis rebus illi hodieque pa-
rum consulent, multoque minus ad rem. aliquid
conferent, quod momentum habeat aut ætatem
férat, nedum recte jubendi, vetandi aut impe-
randi artem sibi unquam comparabunt parendi in-
dociles, & genio tantum indulgentes.

§. 8.

Laudarem ipse paucissima LL. divinarum, quæ
in S. Codice extant exempla, qnibus nihil cogi-
tari potest & antiquius & magis sanctum, aut fa-
lutare hominum generi universo, de abstinentia
ab arbore boni & mali, de sanctificanda die ad
quietem divinitus instituto, de imperio mariti in
uxorem, de Sacrificiis, de homicidis e rep. tol-
lendis, & quæ sunt reliqua; modo is ego essem,
qui præstare fatis possit, ut ostendat, quam ratio-
nem habeant, quantumque valere debeant apud
omnes recte fentientes?

§. 9.

Neque tamen spreverim ego quod ausum fuisse
perhibent aliquem Zaleucum & Charondam,
minus etiam curiosus, quam fuit ille Platonis
Timæus qui Zaleucum istum negat ullum fuisse.
Nam quem meliorem multi nominant Theophras-
tum, fortassis auctor haud deterior fuit. Quid
enim ad rem? Si loquimur quod traditum est,
five fuerit five non fuerit? Utique si laudem ha-
beat, eam non esse mendacio corruptam. (*)

(*) Eorum videlicet, quæ recipienda esse in histo-
riam existimabuntur, cum necesse sit, ut illæ
sint aut fidei certæ, aut dubiæ, aut damnatae,
suf-

sufficere poterat ad intelligendum, si prius genus simpliciter proponeretur, secundum cum nota, omisso prorsus tertio. Parum quippe refert ad id, quod agitur, argumenta fidei in alterutram partem adscribere, & nimis tamen hoc procul dubio foret operosum scribenti, eundemque **remoraretur** in tradendis iis, quæ rem confiant.

§. 10.

Hæc ratio si quem movere poterit, illi nec dubium erit aut incertum, quod ad fabulas referunt tantum non omnes, fluxisse aliquando tempora, (tempus certe tum fuit, cum sic res haberent) quibus hominum quisque aut aliquis

vindice nullo

Sponte sua, *sine lege fidem rectumque colebat etc.* (*)

(*) Ovid. Metam. L. I. v. 90. seqq. ubi instat Poëta recensendo consecutiones prorsus naturæ congruas, qualem primus rerum conditor, ut air, Finxit in effigiem moderantium cuncta Deorum etc.

§. 11.

Faciant modo imposterum vir & uxor eum posteris, ut nemo suæ gentis, quantum in se est, ullis voluptatum illecebris captus quid admittat fidei rectoque adversum, atque sua sponte se gratos exhibeant obsequii constantia erga largitorem vitæ, totidemque quæ vitam comitantur bonorum; & credo ita poenam metumque abfutura, nullis opus fore aliis aut legibus aut judice, sed absque judiciorum apparatu omnia quieta, tuta & per commoda.

B 3

§. 12.



§. 12.

Cessabunt, si quid video, ob id ipsum plæ-
ræque artes cæteræ, si neque divitiis opus sit, ne-
que oppidis, neque milite. Otium tamen, quo
mollescat aliquis & diffusat, ut cum dignitate
hominis parum convenient, ita sine ea vix optabile vi-
detur, quoniam ad perdendam rem magis aptum
est, quam servandam. Itaque si quasdam gentes
in otio vixisse putas, quibus fertilior ager conti-
gerit, tam non invidenda ea felicitas regionis erit,
quam præstet quæ major sit, ingenioque vivat,
& ubiores fructus polliceatur, tanquam præmia
laborum percipiendos, quod illa in hac con-
tineatur.

§. 13.

Nemo sapientiam aut prudentiam ideo,
quod bonas artes pepererit, negavit in bonis esse,
cum neque ipsa necessitas magistra culpam ali-
quam contrahat, aut infelicitatem arguat. Inter
has vero artes docente natura repertas, aut ut ean-
dem juvent exquisitas, & alias quam plurimas,
quæ nonnisi voluptatum sunt ministræ, multum
sane interest, ut sine discrimine probandæ non
sint.

§. 14.

Singulas equidem sua habere præcepta, con-
stat, quorum observatione cogitationibus com-
prehensionibusque rerum primum efficiuntur; mul-
titudinem autem earundem ex variis hominum stu-
diis enatarum solertiae potissimum deberi, quæ

æque



æque docilis sit & difficultatem quamcunque facile
vincat, non minus certum est.

§. 15.

Cave igitur, ut putes naturam, quæ docet
ipsam, eandem quoque vetare alios quæ illos docu-
erat ante. Una & sola hominum pravitas est,
quæ facit ut quæ succedunt longo interdum tem-
porum intervallo, caritate tantum præstent, quo
magis aliquid, & quantum offensionis habere cre-
dantur singula.

§. 16.

Nullus in causa præfenti disputationi locus est;
utrum non meliora ea, quæ natura, quam illa,
quæ arte perfecta sunt? an ars efficiat quidquam
sine ratione? De terra tantum videamus, quod in-
ter quatuor ista corporum genera insimum locum
occupet, nunquam recusat imperium, nec unquam
sine usura reddat, quod accepit; sed alias minore,
plerumque majore cum foenore.

§. 17.

Ita hac sane nemo tam videt acute, qui dispi-
ciat, quid conferat aut ad ingeniorum sævitiam,
aut ad agendi promptitudinem, aut omnino ad ullum
patrandum scelus. Non fraudem, nec dolum,
nullas insidias, nullam vim, nullam habendi cupi-
ditatem eidem inesse deprehendas unquam, modo
non itum fuisset in interiora ejusdem viscera, ad
effodiendas opes, totque malorum irritationes,
quas inter ipsum aurum, res pretiofissima, plus no-
xæ inficit sæpe, quam ferrum nocere valeat.

B 4

§. 18.



§. 18.

Hujuscemodi sunt illarum artium progressiones, posteaquam pietas jacuit inter homines devita, ac intemerata virtus, maxime vero justitia tanquam exulare jussa, quæ si terram aut migrare fuerit coacta, aut vim pati, ob id nondum desit secundum naturam esse, & meliorem facere quemvis, qui possideret, quod jure suo habere quiverit, nec virtute caruerit.

§. 19.

Hæc undequaque circumspiciens, si cogites eam naturæ vim, qua homo nolit ullus nisi hominis similis esse, ut formica formicæ, sed tantam quoque munerum benignitatem atque lenitatem, quibus efficiatur, ut singulis anni temporibus & novitate delectemur, & copia; denique quamobrem bona bonis, mala malis per vices succedere consueverint, & unum uni veluti adhæreat, aut distrahat, intelliges utique, extitisse aliquando hoc seculum, quod aureum faciunt, si non sicut fortassis omni auro pretiosius. (*)

(*) Memini utique nos ante septennium fere meditando in eandem de aureo seculo Poëtico rationem incidisse per vices scrutantes; an meræ fabulae sit accensenda, animis hominum delectatione aliqua deliniendis tantum quæsita? Quod suspicati sunt maxime, qui cortici tantum verbotum inhærentes nihil aliud in istis Antiquitatum tractationibus quærebant, præter fidem historicam. Adjecimus quoque aliquid de computo ejusdem seu constituendo seu dispungendo. Nec crediderim istud temporis operæque perperam collocasse, le-

Eis



Eis & sparsis conditionibus variis, quæ differentibus quoque convivarum gustibus satisfacere optæ invenirentur. Ego vero facile patiar, ut cuncte vixero, talia ulterius latere in scriniis, velut tentamina, cum aliis, quæ fortassis nec omnibus pandere consultum fuerit, donec plures adhuc dormiturientes evigilaverint.

§. 20.

Nam quæ tempora unquam fuerunt qualiacunque olim ferrea, cur non istis priora & antiquiora, si recte æstimentur, putemus dici potuisse aurea, nullus video. Talia quippe perhibentur fuisse, ut moris est argentum ad ferrum, terram ad aquam & corpora omnia ad alia comparare.

§. 21.

Sed pertinet istud seculum ad idem hominum genus, quod re ipsa sapiat, & perduravit prorsus penes gentem ab incredulitate & superstitione vacuam. Sufficit enim demonstrare fontes, ex quibus derivare oportet omnem infelicitatem & perversos mores populorum, manantibus inde tot calamitatibus in statum quemcunque sive publicum, sive privatum, posteaquam incredulitas eorum transiit in manifestam religionis abnegationem, vere sancta simplicitas autem palam fecit eorundem superstitionem. (*)

(*) Quis non sermonem fidelem agnoscat viri antea a nobis laudati, probe advertitis ad maximum, quod intercedit prudentia civilis discrimen; cuius una species exhibet veram & sanam, altera degenerem & falsam, ideoque magis multitudinem nomine stultitia. Ut enique enim quod artis



26 Jurisprudentia sine arte.

huic inest pulchrum non paucis videatur: attamen quod adnotatum fuit dudum a Tacito, manebunt semper quævis *consilia callida & audacia expectatione lata, tractatu dura, eventu tristia.*

§. 22.

Ista ego paulo planius expromere meum esse duxi, quam fuerint adhuc tradita, veluti ab aliis aut ignorata aut relictæ omnino. Excipit autem Jurisprudentiam qualis ipsa sua natura est, & naturæ viribus in universum sustinetur, ante-diluvianam, ea quæ hoc diluvium exactum secuta est, usque ad tempus Romæ conditæ, & cui parum artis inesse res ipsa docet. Ortum suum debent hæc tempora legibus partim divinis partim humaniis, illis quidem non adeo late per terrarum orbem sparsis, atque minus feliciter etiam succrescentibus, his autem tam variis, ut fere alias aliis gentibus in usu fuisse negari nequeat, iis temporibus Asiam, Africam, Europam habitantibus. (*)

(*) Videndum, qualia veteris jurisprudentiæ specimina haurire licet ex *Pardulfi Prætejii* historia, si copia illius aliquando fiat, cuius compendium non illaudabile fecisse Obs. Hallens. Tom. I. obs. 8. tradit Gundling. P. 39. Sect. 2.

§. 23.

Sunt sane, qui quod divinas attinet hodienum laudant præcepta Noachica, leges a Deo ad populum suum perlatas, sive id contigerit ante exitum ex Aegypto, sive post hunc exitum per Moysen; ac deinceps Josua, Judicibus, Regibus Israelite.



Mitarum atque Judæorum, illo ævo regnantibus traditas.

§. 24.

Qui etiamnum deprædicant sapientiam veterum Asiae & Africæ popolorum, Chaldæorum & Aegyptiorum, mentionem faciunt legum quoque, de quibus autem sic loquuntur, ut persuadeant ea quæ laudem aptid illos populos & cum hac laude ætatem tulerint, vix usum præstare aliquem ad erudiendam in jurisperitia nostram Germaniam.

§. 25.

De Europæ populis si quid in mentem venit dicere, maximam iisdem, quibus his temporibus vixerint, barbariem objiciunt propterea, quod inter eos Græci sibi solis jam nunc sapere visi sint. Attamen haud diffitentur, eosdem pro diversitate rerum publicarum legibus etiam inclaruisse diversis, ut aliæ essent leges Lacedæmoniensium, a Lycurgo jam anno mundi 3170. latae, aliæ Atheniensium, quarum Auctorem ferunt Solonem potissimum.

§. 26.

Notum vero est, illa Græcanicarum civitatum instituta singularia istud vetustatis fastigium ne quidem attingere, quia apud eosdem populos Græcos demum post Romam non ita diu conditam Draco, & post eum Solon Atheniensium rempublicam legibus instruxisse feruntur. (*)

(*) De Dracone Atheniensium Archonte ac legumlatore graviter differit laud. Gundling. I. modo cit. Neque omisit ille Joh. Meursii ejusdem que



que Themidos Atticæ mentionem facere, quæ ramen vix quidquam habeat, quantum spectet ad LL. a Solone rogatas, quod prudentiam civilem sapiat.

§. 27.

Restat, ut fingerent qui bonum quid sit, quid ve malum natura? sciscitantes, suoque arbitratu id varie desinentes, cum perspicerent tamen alia ad finem pertinere, quem ipsi præfigerent, alii alium, alia eum efficere, nec tota mente crederent, aut animo comprehenderent, quod persuadere conati sunt aliis, bonos omnes semper esse beatos. (*)

(*) Scilicet facerent, quæ recte jubentur, omitterent, quæ verantur tanquam contraria, si crederent & sic accipere nil vererentur, fortassis cum Lucilio ap. Senecam libro singulari hæsitanter in illa quæstione: *quid ita, si providentia mundus regeretur, multa bonis viris acciderent mala?*

§. 28.

Et quidnam finxisse putas? Mortales scilicet, ajunt, aliquamdiu in communione vixisse & quam diu sic vellent, nullum habuisse jus huma-
num, sed vixisse secundum rationis dictamina, quæ autem premunt alto silentio, qualia fuerint & quanta? Sic fatentur, postea ubi meum & tuum immensum in modum creverit, magis lites jure dis-
rimendas habuisse. (*)

(*) Observatio hæc B. Thomasi est, universam ju-
ris privati doctrinam passim ad meum & tuum
revocantis, quam ejebat &c. in tres partes com-
mo-

„modo dispesci posse, sive cum *Ulpiano* dicas, eam
„in acquirendo, conservando, minuendo meo &
„tuo confistere, sive cum *Cajo* statuas, omne jus
„pertinere vel ad *personas* de meo & tuo agentes,
„vel ad *res*, quatenus meum & tuum in iis con-
stituitur, vel ad *Actiones* persequendi & conser-
vandi suum in judicio.

§. 29.

Malim ego ut, explicatus rationem reclam
aut iniquam hi reddidissent, quam fecuti fuerint
pleræque gentes, imo quid *rei* lateat sub involu-
cro vocabuli juris testum, quorsum vocare homi-
nes necesse habitum fuerit semper, imo trahere
invitos, reluctantes, atque fugam capeffentes; qua
occasione captarent judicia eludendi saniora.

§. 30

Quod adjicitur; fuisse nihilominus patrii mo-
res tantum non semper eosdem observantiores,
quem a majoribus didicerint, bene habet, nisi
quod illos mores a corruptelis vix vacuos fuisse in-
telligam; quamobrem hinc non potuit non jus,
quocunque irent, fori disceptationibus fieri tan-
dem incertum. (*)

(*) Vetus verbum est; *leges bonas ex malis mori-
bus procreari*. Neque enim, nisi pessimis effu-
sissimisque moribus viveretur, profecto inquiunt
opus ferundis legibus fuisse. Itaque instant, lex
naturæ sola non sufficit tollendis iterum corruptis
moribus, aut his quoque præcavendis a fraudibus.
Imo sufficeret, nostra sententia, si totum genus
humanum, ut fieri oportuit, eam, nemine relu-
cante, accipere non detrectares. Nam id ubi
fallit



fallit toties, ut maximus insipientium coetus re-dam viam deferat, neque rationi obtemperet sa-tis, quis astereret secundum illam mortales res suas administrare? Quo minus forte imperio in-digeant civili.

§. 31.

Hebræi sane, quantum scimus, primi fuere, qui leges scriptas habuere; neque credo habuissent, nisi Deus ipse per Mosen eas dedisset. Ab his incipit ordo horum, qui unquam egerunt juris ac legum peritos, quales exsisterunt primum patres familias, deinde præ reliquis sacerdotes.

§. 32.

Postea transiit juris studium ad Rabbinos, qui hodieque juris Hebræorum periti esse debent. Et valet omnino lex ea Mosis adhuc apud Judæos; quæ invenit succedentibus temporibus glossatores non unos, quos inter Talmudici ejusdem fere apud illos auctoritatis esse, neminem fugit.

§. 33.

Nos contra jure Mosaico, mutato quippe sta-tu, paucissimis in rebus uti, certissimum est, quæ ad homicidas & conjugia cognatorum pertineant. Docte interim illud explicarunt Seldenus, Wagenseilius, Buxtorfius; novioribus quoque debe-mus eam litem de Christo novo legislatore.

§. 34.

Sunt fere certa legum verba, & vox eadem, ex quibus paulo antiquiora, quam sermo familiaris fert, plus auctoritatis habere solent; at difficile semper existimatum fuit his consequi cum brevita-te,

te, ut perfectæ edantur, quod infinitum esset.
Tradunt igitur ipsas rerum summas atque sententias.

§. 35.

Voluissent sane prisci legum latores, eum sermonem omnium rerum domini & moderatoris, si potuissent imitari, quo finem consequerentur, ut morem. Certe Græcis postea placuit institutio leges, ad quas vitam instituerent cives. Id negotii cum Lycurgo & Soloni commississent, ut leges conscriberent, hi quidem paucas dedere, & in quibusdam Mosen secuti sunt, cœn Antecefforem. (*)

(*) Hic Moses suas non dubie sub metu divinæ indignationis proposuit. Idem autem plerarumque aliarum gentium legum latoribus communis sic placuit, ut alius eas veluti dictatas a Minerva commendaret; alius ad Appollinem, alius ad Mercurium, similiaque ingenii sui, t. tribus Idola quisque referret, quæ utilia iisdem visa fuissent.

§. 36.

Has leges omnes discebant, præcipue vero judices explicabant. Quæ huic fini rogabantur, necesse fuit, ut essent reip. consentaneæ; sed magna sepe causa concludebatur, quam fieri posset, brevi, quo minus adversum quid staret patriis ritibus, ex quibus optima colenda arbitrabantur communi omnium gentium consensione; & erant fere, quæ jure scripto in rep. aliqua non essent, nec fuerint in more majorum, qui tum ut lex valebat.

§. 37.



§. 37.

Ut ut postea magis floruisse existimetur prudētia juris in Græcia, in quo explicando quidam viri eruditī versati sunt veluti Meursius & Petitus, & laudetur quoque Heineccii Jurisprudentia Attica; illud omne tamen non magis apud nos in usu esse, facili oportet, quam sit habitatio alicujus terræ nondum cognitæ.

§. 38.

Venio ad Romanos, de quorum institutis deinceps, libera ut credunt Rep. diligentius. Nunc tantum præmonere debui, LL. scribendis & in perpetuum servandis apud illos creatos tandem fuisse Decemviros, missis legatis, qui materiem eundem repeterent a Græcis.

§. 39.

Steterat autem res Romana moribus antiquis jam circiter a. 300. quibus ea, quod ex Regum suorum voluntate pependerit tantum abest, quam juvit plebem, tollendis variis cum patriciis dissidiis, quod leges istae primum perlatæ valde augescerent per plebisca, Sæta, Principum placita, doctorumque virorum opiniones.

§. 40.

Neque tamen, quum nobiles juri atque militiæ operam darent ex æquo divisam, totque furerent j̄ti, tandemque imperium ipsum ad Græcos perveniret, de concinnando corpore juris cogitatum est ante, ut alio loco videbimus.

§. 41.

Propius lustrabimus tandem Germanos nostros, & palam erit, eos nequitam abhorruisse antiquis-

quissimis temporibus a recta ratione, & ejusdem præscriptis, secutos autem fuisse postea mores antiquos, neque alienos omnino a jure novo pactis constituendo, in quæ convenerant. (*)

(*) Tuisconem Germanum leges tulisse carminibus que complexum fuisse, quæ publice & privatim cantarentur, ne aut oblivio oblitteraret, aut ignorantia excusaret, legimus ap. *Aventinum L. I.* Annal. p. 9.

§. 42.

Studium illius Germaniae Veteris si requiras scientiamque scito ante omnia, sacerdotes primum fuisse eo occupatos & patres familias. Perduravit mos ille satis longo temporum intervallo, donec Romanum jus ad ipsos perveniret, & quidam judices constituerentur, quos imprimis juris studiosos fuisse admodum probabile est.

§. 43.

Memoriæ proditum est, de sapientissimo Græciæ viro longeque doctissimo, qui negaverit mutari posse Musicas, sine mutatione legum publicarum, cuius rei causa, civitatum hoc multarum in Græcia interfuerit, antiquum vocum servare modum, quarum mores lapsi ad mollitatem pariter sint immutati cum cantibus, aut hac dulcedine corruptaque depravati, ut quidam putent; aut cum severitas eorum ob alia vitia cecidisset, tum suicit in auribus animisque mutatis etiam huic mutationi locus. (*)

(*) Vide *Platonem de Rep.* unde credo haufisse Ciceronem in *de LL.* qui vero nomen *Damonis* (*Reinocci Hst. Jur.*) C cur

cur suppresserit, rationes habere potuit, ne ex fide certa quod ad rem ipsam, faceret incertum, cum alioquin maxime, tanquam explorata utilitatis id cerneret, ut corpora nostra sine mente, sic civitatem sine lege suis partibus veluti nervis ac sanguine & membris uti non posse.

§. 44.

Et omnino si neque tam valde id timendum foret, ut res per se innocua eam labem contraheret, nec tamen plane contempnendum, recte senseris. Spectat autem hoc exemplum maxime ad Juris naturae studium, quod suum fecere antiquitus quidam philosophi. At quis ibit inficias hoc magis pertinere ad scholas JCtorum, quibus & exempla & usus ejus magis in promtu sunt.

§. 45.

Quoniam autem plures sunt, qui historiam Juris naturae dederunt & ejus potissimum, quod sine arte succrexit, veluti Thomasius, & Buddeus, quibus jungendus erit in historiis litterariis Stollii & Reimmanni ejus caput; omnium optimam denique ex instituto Ludovici, si non hunc Glafelus superasse videri potest, mihi in iis rebus recentidis licebit esse breviori.

§. 46.

Apud Hebræos, Græcos & Romanos, si novos modos admittamus, & qui horum Auctores facti sunt, his credendum sit, nunquam doctrina juris naturalis systematice pertractata foret, nisi quod passim appellant Stoicos, qui imprimis de Officiis sedulo egerint, quorum dogmata concinnavit deinceps Stanlej. in *Histor. philos. stoicæ*, P. II. c. 13.

§. 47.

§. 47.

Quid vero ab his expectes? qui nunc commoda dicant esse & sumenda, & eligenda & præposita, quæ ita definiunt, ut satis magno æstimanda sint, ast in bonis ista omnia esse confirmare ad dubitent, tot nominibus appellata partim novis & commenticiis, ut ista producta & reducta, partim idem significantibus. Uno verbo dicam, faciunt dividendo atque in pulverem redigendo, ut omnia misceant.

§. 48.

Reliqui philosophi quam leviter curaverint hoc studium, res ipsa palam facit, quod positam in rebus putent eam inconstantiam, quam ipsi ponunt in verbis propterea, ut hoc ipsum crimen effugiant; imo, quis dubitavit unquam, Aristotelicos eorumque affectas maximo numero eo procedere, ut proflus negarent talia, quæ ad mores vergerent sive corrigendos, sive tolerandos, demonstrari posse.

§. 49.

De patribus sic enunciant multi, ut in hac parte & re tam seria nugas maximas egisse censeantur, & vix lectu dignum judicent Ambrosium de Officiis. Attamen animadvertisimus ad Veteres animum attentius applicantes, eos plurima probe intellexisse, qui usque ad Lutheri tempora sæpius juris naturæ doctrinam admiscerint politicis. Postea demum moralē philosophiam magis fuisse exultam, & rectam non solum cum laetitia vivendi rationem nos accepisse contendunt, sed

C 2

etiam



36 *Jurisprudentia sine arte.*

etiam cum spe meliore moriendi; si non fortassis suaviter somniant.

§. 50.

Sed desino, jam ista video quorsum reducantur, ut ipsorum interpretum conjecturæ magis ingenia declarent eorum, quam vim consensumque naturæ. Nihil vetat, quo minus ex plodatur jure suo hæc quoque somniorum divinatio pariter cum cæteris, & tollatur supersticio; quæ, ut vere loquamur, oppressit omnium fere animos atque hominum imbecillitatem occupavit, salva tamen religione.

CAP. II.

Historia juris in formam artis redacti, quatenus omnibus hominibus commune est, ideo, quia hoc ipsa natura eos docuit, docet, & semper docebit, utcunque per artes jus civile sæpius eludi contigerit.

§. 1.

Non minus vere, quam eleganter dixisse Poëta putandus est, quod — — virgo cæde madentes Ultima cœlestum terras Astræa reliquerit; modo hoc referatur ad jus, cuius constituendi exordium capiamus ab illa summa lege, quæ seculis omnibus ante nata est, quam scripta lex ulla, aut quam omnino civitas constituta, quod sine arte fieri vix potuit.

§. 2.



§. 2.

Sit igitur justitia *Mater* omnium virtutum, quod erit semper, virgo omnino appellari meretur, quantum non constat eam vel consuetudinis pravitate vel artis fuisse corruptam; neque terras uspiam reliquise censemus prius hanc divam, reliquarum virtutum *Matrem*, quam conservaverint homines opinari, ista duce errari posse, nisi arte humana aliqua corrigatur.

§. 3.

At sero admodum eosque processit quorundam ea in re audacia, ut ingenii potius ac imaginationis rationem habentes, quam naturæ, hanc cogi posse existimarent, ut justa artis faciem indueret, quæ tantum esset ars boni & æqui. Quem fugit enim, institutis demum Academiis, post reliquas partes jus publice in scholis fuisse expli- catum.

§. 4.

Quia tamen patria instituta adhuc rarius literis consignata essent paucisque nota, ut aliquid scirent, scisciebantur peregrina, nimioque studio ferebant omnia juris Romani, postea quoque Canonici. Eo modo enata fuit jurisperitia tam confusa, ut non magis æque jus ab hominibus cole- retur, ac quidquam humani a se alienum illi pu- taront.

§. 5.

Sat manifestum est, nullo judicio doctores omni- miscere instituta patria & peregrina; pro Au- toritate sua statuere, potestatem jus dandi feci-

C 3 tegrem

tegrem ad se rapere procedendi ordinem prout iubet fingere quemlibet, prout visum leges peregrinas suasque nänias Germanis, quam alieni habent ab his omnibus, obtrudere cœpisse.

§. 6.

Quid factum hinc? Litigantes quippe de jure securi, magis doctorum numero se tuebantur, quam legum auctoritate. Germanorum sic periit prorsus tantopere laudata libertas, neque de Jectorum exsilio cogitatum est in tempore, sed in consilium ibant tamen, quod patet ex Reformatione a. 1441. ap. Goldastum, modo id fieri potuerit post festum, quam exsultantibus jam fere ex consiliis principum nobilibus, doctores omnia occupassent.

§. 7.

His, si fides habenda ei quod traditum fuit a non paucis, animus erat in patinis, quoniam ex jure vivere cuperent; quamobrem perhibentur nobis fecisse, assutis supervacuis & redundantibus, tot confusiones, tot litium anabages; e quibus augescerent indies quales cunque novæ controversiae atque disceptationes, quæ in tantum cumulum opinionum inanum sensim excreverunt, ut nunc quoque fieri sapiamus ex illis plagis.

§. 8.

Esto, quod post Gallorum & Belgarum in iure heroes, sub finem seculi præteriti de emendanda Jurisprudentia solliciti fuerint nostrates quoque, fiducia juris naturæ & patrii, quod utrumque summo studio tandem amplexi sunt; omnem præterea

rea alii moverint lapidem instaurando literarum elegantiorum, philosophiae, Grammatices, historique maxime Imperii, cum Politices studio. Quis vero in prudentia juris profectus? Posteaquam, quæ alii & strenui veritatum indagatores recte viderunt, ab aliis videoas aut relista, aut ob voluta tenebris, si non variis quoque deturpata erroribus.

§. 9.

Vulgariter sic censent, primum fuisse Grotium, qui Jus Naturæ Systematice & dederit & illustraverit, & ipse quoque, ni falsus fuisse putetur aut fefelleret, in hoc se studio primum doctorem systematicum profitetur in Prolegominis operis de J. B. & P. §. 1. & 36.

§. 10.

Quia vero ante Grotium quoque Benedictus Winklerus a. 1615. Lips. principia juris singulari libro exhibuit, sic habendum est, qualiacunque talia tradantur, in his facile deprehendi ab intelligentioribus & rerum peritis, quam sint longissime ea aut a natura, aut ab arte remota?

§. 11.

Neque difficulter causam, qui exactius in eam inquisiverit, tenebit, modo cogitet; lucem vix sine umbra clarescere, hac autem egregie exaltari. Interesse utique credebat iste humani generis, ut quem admodum jus civile, sive Romanum sive cuique patrum, est aut illustratum commentariis, aut contractum ob oculos antea ponere soliti sint multi, ita pari diligentia Jus Gentium exponeretur Iuculentius.

C 4

§. 12.



§. 12.

Jus quippe appellat, quod inter populos plures aut populorum rectores intercedat, sive ab ipsa natura profectum, aut divinis constitutum legibus, sive moribus & pacto tacito introductum, idque a nemine, inquit haec tenus universim a certo ordine fuisse tractatum; quam præstabilem hanc scientiam esse vere pronunciaverit Cicero.

§. 13.

Totus videlicet leges cogitat ratione armatas ea potissimum, ut confutet Carneadem advocatum turbæ in gravissimum errorem labentis: omnes et homines & alias animantes, quemadmodum ad artes natura ducente ob utilitates suas ferantur, relinquunt aut nullam esse justitiam, aut si sit aliqua, eam summæ stultitiae nomine traduxerat ille Academicus, quoniam sibi noceat alienis commodis consulens.

§. 14.

Certe fatebatur eam rem, quam vocabulis sequebantur Stoici, stultum non esse civem, qui in civitate legibus serviat integra sua libertate, etiamsi ob ejus juris reverentiam quædam sibi utilia omittere debeat; pari modo argutantur, stultum non esse populum, qui tanti non faciat suas utilitates, ut propterea communia populorum jura negligat; si quidem fieri nequeat, ut non is, qui præsentis utilitatis causa jus ullum perrumpat, idem convellat, quo ipsius posteritatisque suæ perpetuae utilitates continentur.

§. 15.



§. 15.

Ordinem operis nobilissimi quod attinet, quo dictam partem jurisprudentiae complectitur, quam viam ineundam censeret, recipit potius quam verbis ostendere voluit; neque vero hoc ad Methodum spectat, quod dixerat idem argumentum totum tractasse neminem, quod sic planius expavit, eos qui partes alias attigerint, quantum quidem extet veterum philosophorum hujus generis, sic fecisse, ut multum reliquerint alienas industriaes.

§. 16.

Animadversum fuerit cæterum, quod Scholasticis diligenter utatur, imprimis Thoma & Cajetano, Ciceronem vero in solo juris belli nomine imitetur, imo adhuc abundet næniis scholasticis ipse Grotius; quis negaverit tandem non tam prodigium illarum hunc fuisse, quot produnt ipsius commentatores plerique; ut recentiores unum sere tantum laudent juris commenticij in isto argomento autorem auro cedroque dignum.

§. 17.

Post eundem Grotium in causam juris ex natura orti ingrediebantur Hobbesius, Anglus, & Puffendorfius, strenuam uteisque operam navantes, ut illud enucleatus redderent. Illum perhibent nimium esse contra Principem magisque circa officia societatis civilis occupari, nec male tam philosophari, quod hic fecerit civilius dicam an humanius?

C 5

§. 18.



§. 18.

Utrumque autem censem cum Grotio saepe deficere in definiendo & demonstrando, cum tamen hic non auctoritatibus sed argumentis pugnandum. Quibus vero? Nihil derogatum vellem eis, quae essent in more majorum, si sint reliquis praesposita, tantum aequa bona, et si ignoremus, utrum sic optime consulat aliquis rebus suis, quas cupiat prosperrimas.

§. 19.

Et profecto ita est, ut id habendum sit antiquissimum & Deo proximum, si constet majorum morem saepe esse mutatum, neque uno semper tenore idem observatum. Fecerunt illi quidem probe, ut nihil memoria excideret, non tam restriicte quidem praesintentes singula, vel hominum vietiis vel subsidiis temporam vieti. Attamen habuere bene multos, sed plerosque omnes insipidos adversarios, qui infecuti longius suae consuetudinis & instituti sui telami, se reprimere nesciebant.

§. 20.

Sustulit deinde non pauca Thomasius, sicut in aliis philosophiae & jurisprudentiae partibus, ita in his praecipue, in quibus non recte existimatum fuerat ab aliis juris Naturae doctoribus, qui opinionibus vulgi raperentur in errorem, nec cernebant vera. Ille quippe initio in Institutionibus Jurisprudentiae divinae Puffendorfium secutus, perspexit deinde, saepe quod positum est in una cognitione, id in infinita dispartiri solere alios, sive erroris obi-

cen-

cendi causa, quo plura & difficiliora scire videantur, sive ignoratione docendi.

§. 21.

Peperit autem hæc una sententia quæ adversum stat tot res, si quid ejusmodi esset, quod impleret aut superstitione animos, aut fidem omnino excuteret rectumque, quod sua sponte sequi & colere fas sit, Nova Ejusdem juris naturæ fundamenta; sed quæ ille posuerat, licet mira arte inædificata essent, destruxit, si recte memini Heumanus, cuius dissertationem moralem de distinctione justi & honesti laudat, seque tanquam iisdem accommodat Gundlingius in Jurisprudentia naturali.

§. 22.

Sic igitur ferente hominum consuetudine atque perspicacia, ut aliis alium superaret nunc honestate, nunc alia vivendi arte, ob quam dicetur vel justi vel decoris amantior, permanarunt inde, tot conclusiones seorsim positæ, ut non solum artis esset sciare aliquid, sed quædam ars etiam docendi, qua imprimis mirum dictu est, quam magnum fecerint aliqui, iidemque aut juris aut aliarum rerum peritores, quod institutum erat, ut neminem crederent sapientem, aut virum bonum, nisi ex omni parte beatum & perfectum. (*)

(*) Hinc fortassis enatum est, quod jubent quemcumque se facere perfectiorem, idque ponunt seu primum juris naturalis principium. Quantam vero cladem universæ jurisprudentiæ hoc unum animali propositum attulerit,

Cum studia in diversa abeant, multasque per artes
Con-



*Confundunt sortis munera quisque sua,
ac si non*

— — rectum fecerit ipsum

Quem genitor terra de genetrice tulit.

de eo vid. Glafey. im Recht der Vernunft. L. I.
c. 3. §. 24. p. m. 271. seq. conf. Dn. de Lude-
wig. ad Justiniani Vitam. Introit. §. 9.
p. 12. seq.

§. 23.

His artibus facile consecuti fuerant Pontifices,
ut sibi vindicarent juris civilis cognitionem totam.
Ain vero: quid ad Pontificem de jure parietum,
aut aquarum, aut ullo omnino? Regerunt, quod
cum religione conjunctum foret; id autem quan-
tulum videretur tantum fecerunt, ut quævis facile
& quosvis adstringerent sacris, & jura fere om-
nia auctoritate pontificum deducerentur ad supersti-
tionem satis crassam ipsique naturæ inimicam.

§. 24.

Talia sunt igitur pleraque, quæ nova didici-
mus a Wolffio, Kochlero & partem quoque non
minimam ab Heineccio, quibus credunt se debere
alii accuratiores in jure naturæ demonstrationes,
non ita descriptas ab antiquis. Alios, in quibus
numerant fortassis Griebnerum, Glafejam & quos
non quidpiam tradentes viamque aliam ingredien-
tes, putant farraginem rerum ex aliis tantum
dedisse.

§. 25.

Eadem temporum successione non cessavit ars
arts contraria, modo contrario homines profanos
reli-



religione omni solvere et veluti in lege ponere, ne
perpetua sint sacra, eorundemque memoria toties
occideret, quoties non essent ea adjuncta amplius
rebus humanis, ut cum iisdem ad posteros tan-
quam jure, heredum causa, transirent. (")

(") Quicquid ita promptum & propositum fuerit,
ex eo fatis manifestum fieri reor, minime falso
ad observata majora a quoquam relatum fuisse; Mi-
"ris modis homines more noctuarum in tenebris
,notionum suarum acute videre, ad experien-
,tiam vero tanquam lucem diurnam nictare
et coecutire.

§. 26.

Natae sunt postea ex jure naturae sic diviso in
sacrum quasi & civile aliæ species, sepulto du-
dum isto Saturni regno, videlicet juris gentium &
publici universalis, quod imprimis illustrarunt
Huberus atque Boehmerus. Egregia plane visa
fuit Zouchaei sic ornata incedens Diana, h. e. ju-
ris & judicii fecialis, sive juris inter gentes &
quaestioneerum de eodem explicatio.

§. 27.

En, quo connubio artis & naturae, ex Astraea
nostra, omnium virtutum primum matre, nunc
facta sit proavia? Jus gentium quippe, ajunt, ad
modum juris civilis, vel scriptum est, vel non
scriptum; Hoc, quod in moribus positum est, sa-
tis dicti auctores cum Kœhlero illustrasse putantur:
Jus vero Gentium, quod ex pactis conventis gen-
tium sumendum sit, adhuc neminem scripsisse fa-
tentur. Promississe id nobis quidem recordor vi-
sum



46 *in formam artis redacti.*

rum mihi quondam amicissimum, & in historia fa-
tis doctum, illius tamen laudabile institutum mor-
tem intercepisse novimus utique.

§. 28.

Ergo, quid tandem egerunt recentiores juris
naturæ Architecti? Pater nempe totidem præ-
stanti corpore nympharum est ipsis non Jupiter qui-
dem ille, quem olim coluit & Græcia tota, &
orbis Romanus, sed Deus aliquis ignotus. Cæ-
terum multum inter doctos disputatum est, de ju-
ris naturæ principio uno, vero, adæquato, quia
illud æternum esse oportere, constans atque perpe-
putium, a Stoicis perceperant.

§. 29.

Qui locus, quoniam patet latius, quam cer-
nere datum fuit cuiquam, hæc una sententia fe-
cit, ut quod positum est in eadem cognitione, id
in infinita dispartiri volupe fuerit tantum non om-
nibus atque in numerum excresceret tandem eum,
qui scientiam primi penitus memoria deleret. (*)

(*) Ipsomet aliquando me, periculum in eam rem me-
ditando fecisse recordor, an juris naturæ præcepta
& omne genus eorum ad unicum hoc principium:
omnibus moriendum est, resolvere, ex eodem ite-
rum componere & enumerare queamus? Cujus
experimenti capti mentionem nec intermis in diff.
circa Qu. Germania successioneis testamentariae
quondam ignara, an hodieque ei minus faveat?

§. 4. not. 2.

§. 30.

Non equidem negaverim omnino, verbo-
rum & vocabulorum figura et mirabili artificio
illa



illa omnia reduci posse ad hoc unicum, quo iubent homines ut se faciant perfectiores; si tamen periculum facere ea in re velint, experientur, quam fieri id grave futurum sit, nec facile sine magno aliquo malo, quod alat aut superstitionem aut incredulitatem. (*)

(*) Eadem dissert. §. 1. not. a in memoriam revocat locum notabilem Bibliothecæ juris Gentium D. Joh. Grœningii, quæ L. 3. c. 9. p. 279. exhibet Sam. Puffendorff. literas ad Per-Illustr. Dn. Bar. de Boineburg, in quibus innuerat, „al-
tioris esse indaginis, quomodo sit procedendum,
si quis disciplinam perfectam concinnare aggre-
ditatur, quæ juris naturalis nomen sustinere
posset?

§. 31.

Neque sic præ se ferunt, quod novitate sua delestantem adferat, nisi ignoratione historiæ, quæ sapientiam veterum nobis offert possidendam cum felicitate summa; modo hæc cogitari queat aut dolore vacua, aut libertate interim sic plena, ut consuetudinum pravitate semel imbuta est atque infecta, quietis spem relinquat. (*)

(*) Utinam vero memores fuissent tot artium novarum Magistri, quid demum struerent? Meditatus' est fortassis si non quilibet, aliquis certe palatium, id quidem magnum, haud scio attamen an maximum, qualis apud Poëtam

*Regia solis erat sublimibus alta columnis,
in qua certe
Materiem superabat opus —
pro more horum, quibus*

Sors

*Sors est mortalis, non est mortale quod optant,
Plus etiam, quam quod superis contingere fas sit,
affectant nescii, ita secum viventes colloquuntur:*

*— — placeat sibi quisque licebit,
Nontamen — — me valet excepto —
Quisquam, — — — — —
Non agat bos currus —
Ardua prima —
Ultima prona via est — et eget moderamine certo,
Neferar in præcips —
Adde quod affida rapitur vertigine cœlum.
Quid? Si terra etiam, quod Novaturientibus
perplacuit?
Nitor in adversum — per insidias iter est
et quæ sequuntur. Metam. L. 2. v. 55. seq.
Neque ego sum primus, qui instar fabulae ibidem
prolati sensum tribuat a moribus sumtum &
profus eundem. Præivit iste philosophus Stoicorum
non postremus, quem alibi citavimus, dicatur de providentia. c. 5.*

§. 32.

Hoc scio profecto veteribus sapientibus quoque in more fuisse, vt sollicite sibi cavendum existimarent ab hac arte, cui non insit ea ratio, quam tenet Musices studium, seu legem summam, ne quis chorda semper oberreret eadem, edet, ita quancunque veritatem credi oportere et adæquatam & sufficientem, vt concinne exinde eliciantur et tradantur reliquæ omnes. (*)

(*) De aliquo facienda justitiae genere, quod velut Musices antiquissimam artem sive referat, sive eidem respondeat, doce, neque tamen sine novitate
ange.

ingenii egit Joh. Bodinus in fine Commentariorum de Rep. L. 6. c. 6. sic opinatus, nec Latinorum quenquam aut Græcorum harmonicas rationes sive ad juris distributionem, sive ad civitates moderandas accommodasse. Qua in re tametsi maximam ipsi fidem non tribuam: Quoniam autem ita habet profecto, ut Mathematici ab incertis & inter se discrepantibus Jætorum opinionibus abhorreant; & horum vicissim Mathematica propter sui obscuritatem repudiare soleant plerique: Satis probabile fieri exinde poterat, rarissimos fuisse semper qui harmonicam illam justitiae vim perciperent.

§. 33.

Non neglexit autem eam Griebnerus, quem præter, fatentur satis plena manu jus naturæ dedisse neminem; attamen arguunt eundem, quod abundet erroribus vulgaribus, definitiones habeat minus perfectas, demonstrationes autem fere nullas; qua propter sunt, qui nec dubitent præferre Kœhleri doctrinam, quam forte alii arbitrentur nimis jejunam.

§. 34.

Ex compendiis huic placet etiamnum Gundlingius, qui semper statum civilem a naturali separat, alii Wolffius & Kœhlerus, ob definitionum & demonstrationum compagem, aliis Heineccius ob Styli & Methodi elegantiam. Quis autem non doleat vicem discentium, si cogitet istud insigne dispendium, quod vix evitent, disciplina aliqua in ea compendia conclusa, quibus factum est, hodieque efficitur, ut ignoratio (Reineccii Hist. Jur.) D rerum

rerum eam faciat litigiosam, posteaquam & numero indies augescant, & nemo vel audeat tot ac tantas dissensiones auctoritate componere, vel tandem valeat, obstrepentibus verborum ac formalium novis architectis?

§. 35.

Huic fini, si commentariorum instar deinceps legant Grotiana, Kulpisiana, Puffendorffiana, Coccejana & Wolffiana, observabunt omnes sua quemque & virtute & fortuna uti inter optimos augures & æque magnam deprehendent dissensionum, copiam, illis sic reputantibus, ac si ista auspicia essent ad utilitatem cuiusvis reip. cui servitia præstabant, composita, istis contra eadem disciplina quasi divinare videatur prorsus posse.

§. 36.

De signis videlicet rerum futurarum quæstio tantum est, ex quibus sane cogitur id quod volvamus. Per multorum quippe exemplorum plena sunt omnia, quæ fidem fecerint prædictis multis, quæ incredibiliter vera cecidisse constet; vetustas minimum ea certa esse docuisset, sed neque dubium est, multa ad veritatem admirabilia omnes dixisse, quorum nomen & memoria floret etiamnum, posteaquam disciplina & ars eorundem evanuit prorsus sive vetustate sive negligentia.

§. 37.

Per parva faciunt aliqui cætera, si quid reliqui commentarii habeant quod quidam laudent, aut aliter sciscant, quam edixerint isti aetate priores. Si rationibus contendas, satis eos confutasse credunt,

dunt, si referant, quod nostro ævo maximam partem vix memoria digni habeantur. Dabo prorsus, legi quoque debere quos laudant in jure publico universali, neque manumittendos sive Anglos Gallosque, sive nostratum quosdam, qui de rebus singularibus illuc pertinentibus commentati sint.

§. 38.

Siccinne erit? ut jam certior fias rerum argumentis & experientia? Cur tamen prius ignorantem quæ olim contigerint, cepit tanta earundem admiratio, ut talia fieri posse aut negares, aut minimum dubitares utrum utilius foret id ipsum morliri aut promovere, an transmittere? Certe necesse est, si quod de hereditate visum fuit, iidem in donatione secus interpretentur, his propositis quæstiunculæ multæ nascantur.

§. 39.

Qualescunq; autem erunt lites aut disceptationes, quilibet eas, qui modo intelligat, non si ad caput referat, per se ipse facile perspiciet; neque opus erit, ut cuijusquam in ea re alterius judicium aut sententiam sequatur, dum non sit expers penitus rectæ rationis & sensuum, quos communes a natura accepimus omnes.

§. 40.

Inventa eo modo est ratio, cur ista pars juris naturalis, cuius quædam capita Grotius & Puffendorfius vix attigerant, sed velut in transitu neque ex instituto in ea tradenda occupati fuerunt, ut a plerisque factum erat, negligi non debeat, ut

D 2

pote



pote quæ in ipsa quoque juris civilis disciplina non
exiguam nobis præstet utilitatem civiumque in
quibusvis rebus publ. non minus causas privatas
& singularem utilitatem, quam lex moderetur ac
tucatur.

§. 41.

Deinde multum refert, si nôris potestatis Le-
gislatorie fines, ad evitandos hosce scopulos, quibus
declarant leges alioquin justas & æquas, nunc re-
ete haberi pro injustis aut inquis, aut duris,
aut subtilitate minimum gravioribus, quando vide-
licet ejus rei causam nobiscum querimus, ob
quam a more majorum interdum aliquis discessisset,
quam forsan aliis ignoravit, aliis vero id quod
antiquitus institutum fuerat temere neglexit.

§. 42.

Solam ego historiæ juris & quidem universalis
ignorationem in causa fuisse judico, cur fallere-
tur Guilielm. Grotius, aut is potius, qui ejus En-
chiridion continuavit, quod omnes contractuum
& pactorum divisiones, quas uspiam repererat,
tanquam naturalis juris principia recenseret. Fal-
litur & Kulpisius, qui philosophiam Jætorum circa
contractus magis quam Grotianam ad naturalem
rationem accedere sibi persuadet.

§. 43.

Iam tantum in legibus scriptis situm non est,
modo ut referat multum in hoc capite, quod ex-
cipit illud de conventionum formulis, & damni
dati reparationem spectat potissimum, utrum dolo
an culpa quis læsus fuerit? quo minus sum perfec-
qua-

quatur jure. Modi vero, quibus alius alium lædere queat, atque sic culpam contrahat vel gravius etiam delinquit, ideoque poenam simul incurrat, sunt sane infiniti; quamobrem verbis ludent, vel laterem lavant, qui talia in universum definire tentaverint.

§. 44.

Nemo nunc discit quietas possessiones & dominia singulis firmata, posteaquam in civitatibus & legibus scriptis vivimus, quod domino securus fuisse oportet, quam diu ista jura quasi fluere traditum est; et nolint tamen homines solutam communionem virtutis causa cuiquam tribui; nihilominus a natura prope hoc abest, si quid video, soli rei apprehensioni inesse, ut quælibet pars possessa haud difficulter ad se trahat vacuam quamcunque.

§. 45.

Maxime e natura quoque est, tolli fortunæ discrimen in morte. Negant attamen, cum proprietas rerum ab initio nemine competeret, successioni locum dari potuisse. Erimus autem liberaliores adversus mortuos, ad quos laudis ornamenta pertinere judicarint saepe veteres, quam ut iis invideamus heredem officiis explendis obnoxium, si quid relictum fuerit ejus rei & tantæ, in qua voluisse non satis sit?

§. 46.

Sine fraude esse natura jubet, quod præbeat ubertate & copia rerum materiem, & abhorreat ipsa tamen a litibus, quamobrem suppeditat ver-



ha tanquam præscripta, quæ judiciis sufficiant omnibus, atque monet pariter, ne debeat esse diuturna, neque rationes procedendi impeditæ & fallaces, decipulæ hominum & fraudum occasiones, sed faciles; via denique certa & nemini ignorata, quo minus sciat, quam sequi debeat.

§. 47.

Egregium sane mihi succurrit hujuscemodi instituti judicij & in causa maxime ardua exemplum in quodam Homeri Hymno *eis ἐρμῆν*, et miror quam longe providens Poëta fuerit, quem visu orbatum fuisse volunt, perniciei, quæ sensim illapsa civium animos malis studiis malisque doctrinis repente totas civitates everteret, si scientiam hanc neges unquam in divisorum collegiis extitisse, quam apud majores habuisse innuit dupliciter, ut ad reip. tempus non nunquam, ad agendi consilium sæpiissime pertineret.

§. 48.

Haud absimile fuisse judico caput istud prorsus singulare de poenis in statu naturali infligendis, non humanis, nullo judice aut vindice, qui constitutere aut exigere satis potens sit; quo autem vix civitas ulla sine gravissimo ipsorum civium dispensatio careat, improbis aut abigendis, aut poenæ severitate eo modo coercendis, ut in officio retinerentur. (*)

(*) Cum multis jam abhinc annis plerasque doctrinas, sententias, opiniones in jurisprudentia naturali obvias, omnibus vestigiis indagare & perscrutari in annum induxerim, nullas fere peri-

peri notiones aliquibus magis displicere, quam
poenarum naturalium, & justitiae sic facienda,
ut ea citra artes sequatur. Quamobrem e re esse
putavi meditationes perplures earundem examini
rigorosiori impendere, & imprimis fontes aperi-
re, unde emanare visæ sunt. Reperi eo modo,
quam facile sit, communatis per artem vocabulis
& signis, totaque dicendi ratione a rebus quæ
sunt aversa, tota via aberrare, ut incautius pro-
gredientibus necesse sit tantis involvi tenebris, ut
vix amplius se ipsos intelligent, nèdum fatigant,
ut ab aliis recte intelligentur in definiendis natu-
ræ sanctionibus & viis, aut recte applicandis ex
re nata officiis, sive suis sive alienis.

§. 49.

Ridet civitas Dei hominum astutiam; quæ
procul a fulmine Jovis, nec patrem nec dominum
timet, æquali in æqualem, innocentia in delin-
quentem juris dicundi potestatem dat nullam, mo-
do damni persecutio & vindicta locum inveniat.
Hi scilicet, quem metuunt, oderunt, & qnem
quisque odit periisse expetit. Multorum autem
odiis, ubi nullæ opes possint obsistere, si unquam
ignotum fuerit, hoc cognitum super dicitur, quan-
tum valeat odium hominum ad pestem, tantum-
dem ad opes tuendas alienius nihil esse, quam timeri,
nihil aptius quidquam eidem fini, quam diligi.

§. 50.

Gaudeo tandem, me posse ita in ipsis doctri-
næ primis initiiis finem imponere historiæ juris,
quod universum sit; et magis etiam lætor nostra
jura, quoconque loco sint, & quovis tempore,

D 4

ca-



eadem ad naturam semper accommodari, ut vel propterea majorum sapientia admodum delester, quæ lento gradu progressa jam ad artes, & cæteros sumtus, diu observantissima simplicitatis & morum fuit illorum tantum, quos a majoribus didicerat.

CAP. III.

Quod excipit Historiam LL. & Ju-
risprudentiæ Romanæ civitati, libera rep.
propriæ. (*)

(*) Huc velim referas maxime Pomponium in
tit. D. de Orig. Jur.

§. 1.

Omnes antiquæ gentes si regibus quondam non paruerunt, voluerunt saltem, vt hi instar legis essent, quæ loqueretur. Idem consilium Romam secutam fuisse initio, novimus. Ecquid vero illud ad reges tum nondum exaetos, quod Pomponio & antea & post illud tempus sine lege, sine jure certo egisse dicitur?

§. 2.

Nihil opus est monere, quod ad artem recte vivendi pertineat, seu imperare aliquis, seu parere didicerit, vt lex loquatur, minime vero obmutescat. Ad loquelam igitur hanc legum referre oportet, si uspiam aliquid extitit juris scripti, praeter consuetudines a majoribus acceptas diuque probatas.

§. 3.

§. 3.

Habuerunt quippe, si quid perspicio, Romani id ipsum cum gentibus plerisque antiquissimis communè, ut pauci essent, qui justitiam tanquam bonarum artium matrem sponte sequerentur; quam obrem necesse fuit, ut reliqua turba sola consuetudine in officio retineretur, veluti jure incerto, a pravitate sæpe non alieno, ut permulta quotidie incidenterent, quæ ad mores illos antiquæ patriæ exigere atque, componere nescientes patarentur, ut ea omnia temperarentur regum arbitriis.

§. 4.

Hæcce arbitria erant vetustissimis mortalium pro legibus, non sane quævis ad singulas personas directa, aut ex his, quæ forte uno aliquo casu accidere possent, cæterum haud facile nec frequenter, sed perraro evenirent, verum sic provisa & constituta, ut cives moniti fuissent, ne salutaria opposita malis moribus remedia contemtim haberent.

§. 5.

Talia fuerunt & habita sunt Edicta regia populo in tempore ad comitia convocato proposita, vel per præconem promulgata. Secus facientes, cum manu gubernare omnia dicerentur, causa manifesta est, cur Romulo paulo rigidius dominanti infensus mox Leges flagitaverit ab eodem populus, quas ipse Curiatis Comitiis probasset.

§. 6.

Quod ut recte intelligamus, facit notitia status, qui eo tempore obtinuit, certe non is,

D 5

qui



qui cum meri principatus institutione comparari debeat, sed aliqua jām arte infectus, et si rudiori; quod docent exempla LL. Romuli curiatarum ad hunc populum perlatarum, quarum passim extant vestigia apud Historicos. (*)

(*) Dionysios videlicet, Livios, Tacitos, aut si quid aliorum ad nos pervenit. Hos secutis sumمام in utroque capite contrahere dabitur, quod imprimis post aliorum conatus cura fuit Jo. Aug. Bachio in Histor. Jurispr. Rom. IV. libris nuper comprehensa, magis certe comparata ad copiosiorem disciplinæ deductionem, haud infructuosam Dd. futuram, aut his, qui satis valeant ingenio & cupiant sine Magistro quoque hoc in genere proficere; quod autem, si quid video, paucis conceditur, ut suo Marte superiores evadant; maxime cum ventum fuerit ad Antiquitatum obscuritates & cœtationes, aut suffragia Autorum, nec non lites cruditorum atque controversias opinionibus plurimum discrepantes, rebus autem gerendis & utiliter expediendis vix aptas.

§. 7.

Eundem fere modum imperii, crescentibus tam artibus juncta que religione, tenuerunt Numa, Tullius Hostilius, & qui hos secuti sunt reges usque ad Tarquinium, qui superbi nomen vel hinc promeruit, quod Antecessoris sui Servii Tullii LL. non quidem Curiatas, sed Centuriatas, quæ laudantur, omnes uno edicto tolleret. At eum hoc etiam a. U. c. 244. regno civitateque pulso, Roma sic regnari desit.

§. 8.

§. 8.

De LL. regiarum indole multa dicere nihil attinet, veluti paucarum, priscamque ubivis simplicitatem, exceptis quibusdam Numæ institutis, redolentium. Satis quippe fini istius reip. videbatur, si essent cuncta ad vincendum apta & ad bellum gerendum accommodata; ut tantum in externis bellis omnem armorum potentiae fiduciam collocarent, in civilibus vero tumultibus sufficeret reduta concordia, justitia ac temperantia.

§. 9.

Quanquam vero deinceps regibus lege Tribunitia exactis, eorum loco bini Consules reip. eadem auctoritate potestateque praesent, in doctrinæ studiis & regenda civitate quæsitum ab illis hoc vnum est: placeretne vnum in civitate esse Magistratum, cui reliqui parerent? *Nomen* repudabant regalis civitatis generis quondam probatum, postea non tam regni, quam regis vitiis repudiatum; *res* manebat, ut vnu omnibus reliquis Magistratibus imperaret.

§. 10.

Scilicet, ut regum ante perlatæ LL. vel populi scitu abrogarentur, vel non vsu exoleverint, tantum absuit, ut permultas magis a primis Consil. confirmatas, quasdam etiam in ipsis XII. Tabulas migrasse satis constet. Ex hoc etenim fonte manavit jus, quod vsu invaluit Papirianum, mere commenticum, in quo si quid deesse videretur, hoc Edictis Consil. supplendum fuit.

§. 11.



§. 11.

Dubitandum non est, novum honorem Tribunorum plebis eorundemque magis auctam potestatem offecisse non parum istis Consulatus lumenibus. Noti sunt ex illo tempore, quo creari tales coeperunt, frequentissimi horum Tribunorum furores, novas subinde rogationes ferentium ad plebem minime surdam, ut aures præberet adversus patres concionantium tantis totidemque sublatis clamoribus.

§. 12.

Quo magis igitur hoc temporis intervallo resp. evacuebatur LL. sic dictis, & copia uberior enascetur Edictorum Prætoris aliorumque Magistratum Minorum, tanto frequentiora tum prodibant plebiscita, pleraque tamen ad jus publicum pertinientia, paucis admodum privatam utilitatem promoventibus. Quanta deinceps seditionum materia, nec patribus plebi, nec plebe patribus quidquam concederent volentibus? (*)

(*) De hac etiam, tantaque rerum perturbatione, quæ remp. non parum violarent, consulendus est præ cæteris Historicis Livius.

§. 13.

Illi duro nodo opus erat cuneus, quo facerent a. U. C. 300. Scum de mittendis in Græciam Legatis, qui describerent leges Græcarum civitatum, ex quibus deinde Xviri legibus ferendis extra ordinem crearentur, iidemque corpus aliquod Romanarum LL. conficiendum haberent, quod

quod consilium deinde plebiscito confirmatum & acceptum, ratum fuit & pergratum.

§. 14.

Missi itaque illuc Legati in sequente anno re-
tulerunt legum peregrinarum farraginem plenam,
præcipuum postea XII. Tabularum fundum, ex-
randum colendumque traditum creatis Xviris, qui
vsi interprete Ephesio tum exsule Hermodoro,
X. Tabulas per otium componebant, populo a. U.
C. 303. proponebant, centuriarum suffragiis pro-
batas, solenni ritu pro rostris ferebant, quibus
Supplendis denique adjectæ sunt duæ postremæ. (*)

(*) His quidem in rebus nolim ego Quiritum con-
filia, quod fecisse quosdam interpretes novimus,
reprehendere, qui fortassis coram stantes regerent
quiverint illud dictum Comici: tu si hic fuisses,
aliter sentires.

§. 15.

Cave autem credas, totam illam quæ XII.
Tabb. constaret legislationem, universi juris
publici privatique fontem, ex solis peregrinis le-
gibus confluxisse; imo plurima in illud migrarunt
omnino ex legibus moribusque patriis, neque ex
istis hue relatæ probabile fit, præter ea quæ con-
cinnia Romanæ Reip. viderentur, alia placuisse.

§. 16.

Eadem XII. Tabb. scriptæ leges quod dein-
ceps constante vñ viguerint, colligas non inepte
ex eo, quoniam etiamnum Ciceronis tempore il-
larum verba tanquam carmen necessarium edis-
centur ab his, qui juri operam dare vellent; quam-
vis



vis L. Aebutia pauca capita abrogata sint, quamobrem eas commentariis suis certatim illustrasse Jctos veteres, memoriae proditum est.

§. 17.

Periisse tandem opus ipsa brevitate commen-
dabile, omnibus omnium philosophorum bibli-
othecis anteponendum, in ista temporum ca-
liine, quam barbarorum irruptio in Provincias
Romanas invexerat, præter paucissima, quæ pa-
sim apud veteres scriptores super sunt fragmenta,
dolent haud immerito viri docti; quorum aliqui
nihil reliqui fecerunt, vt quoad fieri posset, id
ipsum pristina integritati restituerent. (*)

(*) Etsi autem largiar omnino, sine istarum Tabb:
scientia multa mediae Jurisprudentiae capita, quæ
earundem sint tanquam supplementa, vix satis re-
ete intelligi; nescio tamen an ante laudatus Ba-
chius, qui illarum Tabb. non tantum collectores
& interpres præcipuos laudat, sed ipsa quoque
illarum capita e Godofredo ideo subjungit; idque
studium tironibus valde commendatum esse jubet:
nescio, inquam, an multos reperturus sit inter
illos, qui sibi persuaderi patientur, se perquam
vtilem ea in re præstissime operam. Quemadmo-
dum enim nec eadem omnia honesta turpiave
putantur, quis inficias iverit, utilia quoque videri
aut magis aut minus aliis alia. Scilicet *vetus*, vt
est apud *Plutarchum*, *διαφέρεσσιν αὐθιγόνων, ἀλλαδ'*
ἄλλοις καλοί. Neque satis capio quamobrem in
recensendis commentariis Cunradi Rittershusii
διδοκεῖσθε prætermittatur.

§. 18.

Laudem vtique habet horum tanta industria,
quibus auctoribus factum est, vt nec verborum
figu-

figura omnino interiret; at magis delector iis qui rebus servandis & ad pristimum nitorem comprehendendis operam impenderent, ne ignoraretur, de quibus singulæ tabulæ egerint? quoniam hoc institutum non parum confert ad utilitatem infirmæ ex ipsis etiam fragmentis capiendam, si fuerint aliqui erectiore indole inflammati, qui ad interiorem civilis istius sapientiæ cognitionem adspirent.

§. 19.

Nego quippe tantum fuisse vspiam furoris aut barbariei vim; quæ leve illud sapientiæ jugum penitus ex hominum mentibus excuteret, aut ad efficiendam stoliditatem satis validam, quum paucis vñquam datum fuerit, vt sanioris doctrinæ repagula paterentur & æquo animo ferrent, modo res maneat eadem, quam non verentur confirmare eam fuisse ita perfectam suisque absolutam numeris in laudato illo LL. Romanarum antiquissimo, certe vetustate nunc abolito corpore.

§. 20.

Perstisset profecto, hodieque staret res Romana & florerer, si non laborasset respublica interno aliquo vitio, tam male temperata, vt non posset non perpetua inter patres ac plebem gliscere æmulatio. Oportuit igitur Romanos, vt essent terrarum domini, quod affectabant, discere solam cum justitia & recti studio, & quam didicerint artem tenere, in eaque se exercere, quomodo imperandum esset & parendum singulis?

§. 21.



§. 21.

Hanc autem artem vivendi, aliis omnibus ad summum fastigium perductis, maxime neglegitam fere jacuisse, abunde testatur historia cuius telam rep. libera & solutiore jam pertexere animus est; cuius initia sicut nobis tribunos plebis, pro rostris dominantes, turbulentis concionibus plebem adversus patres concitantes, & sic quotannis nova Plebis scita de statu reip. mutando emendandoque perferentes, simulque honores, sacerdotia & jus connubii ut sibi imposterum communia essent, extorquentes.

§. 22.

Illi plebiscitis se obstringi non possunt patres, non sine æquitatis specie ea repudiantes, donec horum opibus tantum decederet lege Horatia, qua vellent, ut quod tributum plebs jussisset, populum teneret, quantum libertati ne dicam licentiae plebis eadem cavebatur.

§. 23.

Tum primum patuit, quid possit legum faecundia, quod existimarent fortassis patres, se populi vocabulo non comprehendendi ac propterea plebiscitis iterum obsequium negarent; qua resistentia factum est, ut a. U. C. 416. & a. 465. Q. Publico primum, deinde Q. Hortensio Dictatoribus fanciretur novis eisque popularibus admodum legibus, ut omnes Quirites teneret, quod plebiscitis aliove modo plebs jussisset.

§. 24.

§. 24.

Ex eo videlicet tempore plebiscita legum vim nomenque habuerunt, quorum referunt notissimas istas in nostro jure, puta Aquiliam, Atitiam, Falcidiam, Atiniam, Scriboniam, Voceniam & similes, quae omnes plebiscita fuerunt, quorum characterem ideo non opus est, ut quæramus in eo, quod vno nomine Magistratus plebeji notarentur, cum leges *xvgiws* dictæ ab utroque consule cognominari consvererint.

§. 25.

Alterum, quod tanquam gentilem aliquam possessionem sibi vindicabant patres, fuerunt Legis actiones; per quas quicunque aliquid *in jure* rite & jure faciebant, ii *lege agere* dicebantur; cuius rei causa non inscite faciunt, qui in harum legum actionum nec non *actuum legitimorum* originem & differentiam curatius inquirunt, quam non vnam fuisse, Hotomannus atque Guil. Budæus explicarunt satis.

§. 26.

Magis autem nostra refert scire, patricios & pontifices solos omnem illam & formulariam & commenticiam jurisprudentiam, & quæ illuc spectant, tanquam possessionem avitam retinuisse atque in latenti habuisse, quo plebs ab eorum penderet arbitrio, ipsique a litigantibus quotidie tanquam oracula adirentur; quam supervacuum puto meminisse ipsarum formularum rituumque, quibus sic abuterentur illi Appollines, vt intercederent,

(Reineccii Hist. Jur.) E ne



ne villam actionem quisquam sine periculo institueret, vt rite peregrisse se crederet istarum ignarus.

§. 27.

Memores itaque sumus modo clavis, & quanta illa fuerit, quam regno forensi patriciorum intulerit, idque fere omne deleverit a. U. C. 449. Cn. Flavius, scriba Appii Claudii Cæci, divulgatis vna cum fastis hisce formulis in codicem compilatis, vt mirum non sit, illum tantam eo munere a populo gratiam iniisse, vt Aedilitatem horribili secreto meruisse eundem censerent. (*)

(*) In historiam juris, s. jurisprudentia id ipsum convenit, quod alioquin de naturali perhibetur, eam esse duplarem. Quia videlicet aut adhibeatur propter rerum ipsorum cognitionem, quæ historiæ mandantur; aut tanquam materia prima philosophiæ juris & tanquam supplex, s. Sylva, vnde inductio vera hauriatur. Hoc dum nunc aginus, deinceps philosophiæ juris Syntheticæ compendium datur, quo hactenus in praelectionibus privatis usi sumus, vix latior inventique facilior est in illa periodo dicendi campus de forensi superstitione, & veluti incantationibus, atque si faro licet more Chymicorum, Magisteriis. Illis in rep. Rom. adhuc libera, quamlibet autante admodum, eliminandis multum operæ impendisse novimus Ciceronem, cui nostro ævo si non major certe par fuit, non dico Orator, sed Idolorum five tribus, five theatri five domesticorum Ofor B. Thomasius, cuius rei luculentum specimen præbuit ejusdem delineatio historia juris Romani & Germanici.

§. 28.

Qua coacti sunt ista rerum suarum jactura patricii, recuperare amissam possessionem cupientes,

280-

novas excogitare formulas, iisque perscribendis,
ne in vulgus manarent iterum, cautius agere;
quod facile fuissent consecuti, si non circa a. U. C.
552. *denuo extitisset, Sex. Aelius Catus, Ennio*
judice, egregie cordatus homo, qui idem secre-
tum, quod mutatis rerum signis tantum niteretur,
*proderet libro, qui Pomponio *Juris Aliani* no-*
mine venit.

§. 29.

Adjicere placet tertium, quod sibi solis refer-
vaverant patricii generis jurisconsulti, *interpre-*
tationem videlicet & disputationem fori. Brevi-
tate nempe LL. naturaliter hoc accidit, ut rem
obscurent magis, quam in aprico ponant & sic desiderent
necessariam fori disputationem, quæ pru-
dentium auctoritate ad merum arbitrium inclina-
ret, nisi per interpretationem elicerentur jura nova,
actiones vtiles, aliaque, quæ certe palam legibus
istis comprehendi fas non esset.

§. 30.

Jus civile itaque hoc demum est, quod ex in-
terpretatione & fori disputatione venit, quod post
magnas saepe varietates obtinet, posteaquam *con-*
fervi receptum fuit a paucis primum & minimum
duobus super ea re litigantibus, quam sit parva;
deinde a pluribus, si saepius occasio sic tulerit, vt
*in discrimen veniat eadem *questio.**

§. 31.

Eam quoque sapientiam initio in penetralibus
suis repositam habuere patricii generis JCTi rati,
id quod res est, non parum se inde auctoritatis

E 2

con-



consecuturos, sibi solis hac cognitione retenta: et retinuissent arbitror, nisi circa a. U. C. 500. repertus fuisset, qui illos Jētorum circulos sua doctrina turbaret Tiberius Coruncanius quem ante ex omnibus qui sapientiam nocti essent, publice professum aut discere volentibus sc̄ p̄r̄stasse neminem, traditur. (*)

(*) Hujus Jēti eximii pluribus in locis mentionem fecit Cicero, & nusquam fane sine laude; quia non tantum primus jus publice professus est, sed summa quoque diligentia ac dexteritate jus ci-
vile respondit.

§. 32.

Quam pauci essent initio Magistratus, duo consules, ac p̄r̄ter hos & tribunos plebis nulli alii ordinarii, quam ædiles bini plebis, interea factum est, vt eorundem numerus quam maxime amplificaretur multis aliis non modo extra ordinem, sed ordinariis quoque accendentibus ad istos honores indultu plebis, quæ tanto facilior ea in re esset, quo magis perspiceret sic minui consulum potentiam.

§. 33.

Creati sunt censui agendo, Iustro condendo, legendo senatui, moderandæque disciplinæ publicæ Censores; juridicundo institutus Pr̄etor urbanus, juncti sunt eidem peregrinus & paulatim plures alii, vt numerus ad XVI. vsque excresceret. Habebat p̄r̄terea vrbs ædiles curules & deinceps etiam quos Cereales vocabant; ne quid dicam de Magistratis majoribus extra ordinem creatis, ve-
luti,

Iuti Dictatoribus, Decemviris LL. ferendis,
tribunis militum consulari potestate, interregibus,
praefectis vrbi, & reliquis.

§. 34.

Major adhuc numerus fuit Magistratum
Minorum XX. virorum vocabulo comprehenso-
rum; quosum referebantur, Xviri litibus judi-
candis, IV. viri viarum publicarum curandarum,
III. viri auro, argento, æri flando, feriundo, &
triumviri capitales; imo & V. viri cis & ultra Ti-
berim, cum duumviris curatoribus viarum extra
urbem. At mittimus hos etiam & Magistratus quo-
que Minores extra ordinem creatos, veluti praefectos
annonæ, V viros Mensarios, duumviros navales,
et praefectum vigilum.

§. 35.

Legem de Magistratibus recitare satis est,
vt intelligatur, vtrum necesse fuerit tantam in
emendanda ea operam collocare; modo rem didi-
ceris ante non sane tractatam a Stoicis, nisi ab uno,
cum manarent magis ista, quæ veteres verbotenus,
acute illi quidem, sed non ad usum popularem
atque civilem de rep. disserebant Platone principe,
a familia Academicorum. Poterat hanc ob cau-
sam qui peritus in arte inveniretur & mediocri-
ter doctus, magnos in rep. viros & doctissimos
homines non nimis in rep. versatos multos no-
bis commemorare; qui vero vtraque re excelleret,
vt & doctrinæ studiis & regendancivitate prin-
ceps esset, sere neminem.

E 3

§. 36.



§. 36.

Interea, quum consulum munia per tot maiores minoresque Magistratus paulatim spargerentur, quid mirum est, plerosque eandem sibi sumississe potestatem edictis *jura nova* constituendi, qua primum Consules tantum vtebantur ideo, quod in Regum locum successissent. Nec alia fortassis est ratio, cur jus ex illis Magistratum edictis descendens dictum fuerit *honorarium*; haud procul absuturum ab eo, quod habeatur tanquam *pararium*.

§. 37.

Magistratibus leges, Magistratus populo praesette debebant, ut vere dici posset Magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum Magistratum. Utrum ita observatum fuerit? ad nos non spectat; sed res ipsa loquitur, & exitus reip. probavit. Fines potestatis facile discernuntur ita, si ipsi se temperent Magistratus, nequid edicant, nisi de quibus leges exquisite aliquid decernere nequeant ob eam difficultatem rei, qua sermone in universum concepto non facile comprehendas singula quæ evenire possint.

§. 38.

Longum non modo hic iter est per exempla tot edictorum, Sotorum, & Responsorum prudentum de jure latorum, sed nec illud satis efficax ad intelligendum quid in una quaque re vel imitandum sit magis, vel vitandum. Celebrantur ergo non modo quædam edicta regum, consulum, dictatorum, censorum, tribunorum plebis,

sed

sed potissimum Prætorum, Aedilium & Provincia-
lia, quæ omnia aut repentina erant, aut ad juris-
dictionem perpetuam pertinebant; & horum iterum
alia tralatitia, alia nova.

§. 39.

Unum hic animadverto, non temere quemquam
auspicatum fuisse præturam aliumve Magistratum,
quoniam tralatatio illi edicto e decessorum edictis toti-
dem verbis descripto, nova quædam adsueret ca-
pita, vel ætatem iatura si æquitatis laudem ha-
berent, vel a posteris negligenda si ambitiosa
aut iniqua essent. De modo illa proponendi ne-
sim prolixior vetat formula antiqua & solennis:
bonum factum edictis præmissa, quæ esset loco
suspensæ hederæ, qua non opus erat profecto vi-
no vendibili.

§. 40.

Finis quidem illorum fuit, ut his leges, pro-
positis actionibus aliisque remedii animarent &
adjuvarent, de' prætervisis autem constituerent, ri-
gorem earundem æquitate temperarent ac mitiga-
rent; at dicuntur etiam edictis suis jus scriptum
ali quando eversum ivisse, neque omnia ea quæ
imprimis ad contractus dirigendos constituta essent,
observasse, sed saepe numero ea migrasse; idque
quod directe non poterant sane, adhibitis quibus-
dam artibus præstissemus (*)

(*) Alii vero, si frangere non possent illam repre-
hensionem, eam dividunt plane & obtendunt mi-
tius de Prætoribus aliisque Romanorum Magi-
stratibus Curilibus sentiendum fuisse ea propter,



quod ea omnia tamen populo perplacuerint; quem
norunt divitiis opibusque auctum simul vitiis
moribusque pessimis laborare cœpisse, communi
contagio serpentibus, sicut atas istis ebria iisdem
confenesceret.

§. 41.

Nobis vero magis probabile fit, cum exemplis
tantum res agatur ab adversariis, vt doceant leges
& jura civilia eversa a Prætoribus esse; ea jura
quæ afferuntur non mutasle Prætores, sed mores
quos illi in Edictis secuti sunt, de quo constabit
sine multo negotio; si temporum rationes compa-
rare otium sit; quamobrem licebit vel silentio præ-
terire istam non sine effusa bile tractatam a viris
doctis controversiam.

§. 42.

Utrum hoc etiam sibi arrogaverint, vt eadem
in gratiam odiumve certorum hominum intra an-
num Magistratus sui mutarent, quotiescumque col-
libitum esset, si non æque incertum, certe Sæto,
vti prætores ex suis perpetuis edictis jus dicerent,
& postea L. Cornelius obviam itum est ambitiosis
aliquibus prætoribus qui varie jus dicere adsve-
verant.

§. 43.

Et quis credat? si omnino ea lege jus præto-
rium certius factum fuerit, non ita multis capi-
tibus novis inventis, quæ veteribus adstruerentur,
quando ex eo tempore Jcti edicta prætoris collige-
re suisque animadversionibus illustrare cœperint,
veluti Serv. Sulpicius, A. Ofilius, Antistius Labeo,
et

et demus pariter de Sætis quorum innumera hoc temporis intervallo facta esse nemo ignorat, nova jura iisdem ante Cæsarum tempora inventa non esse; remp. hac cautione id consequi potuisse, vt vterentur jure omnino certo.

§. 44.

Contra ea facit sane quod perhibent prudenter seu Jætorum permagnam his ipsis temporibus fuisse autoritatem. Celebres hos inter extiterunt præ aliis C. Papirius, & App. Claudius Decemvir, & alias ejusdem generis, quem Pomponius Centumanum cognominavit, alii Cæcum; item Sempronius ~~coq̄os~~ dictus, Tiberius Conruncanius, L. Cincius Alimentus, P. Scipio Nasica Optimus ejusque filius Corculum. Dubitant de Q. Mucio, laudant vero nobis P. Aelium Pætum, Sex. Aelium Pætum Catum, L. Acilium sapientem, Ser. Fabium Pictorem, Q. Fabium Labeonem, T. Manlium Torquatum, C. Martium Figulum, M. Porcius Catonem Censorium patrem, M. Porcius Catonem filium, & C. Livium Drusum.

§. 45.

Ius civile fundasse memorantur ex sententia Pomponii isti triumviri, P. Mucius Scævola, M. Junius Brutus, & M. Manilius, quibus subjunguntur Q. Mucius Scævola Augur, Cælius Antipater, Paulus Virginius, Sex. Pompejus, Q. Aelius Tubero, P. Rutilius Rufus, Præterea C. Cornelius Maximus, & P. Livinius Crassus Mucianus, Q. Mucius Scævola Pont. Max. C. Aquilius Gallus, L. Lucilius Balbus, Sex. Papirius. C. Iuuentius.

E 5

ipfe-



ipseque M. Tullius Cicero, nec non Ser. Sulpicius Rufus, ex cuius schola exiisse fertur magna Jētōrum turba.

§. 46.

Et quinam illi? Nominat Pomponius Alfenum Varum, A. Ofilium, T. Cæsium, Aufidium Tuccam, Aufidium Namusam, Flavium Priscum, C. Ategum Pacuvium, Antistium Labeonem patrem; quorum tamen plerique, quum Augusti attigerint ætatem, magis ad sequentem, quam ad hanc jurisprudentiæ periodum referendi videntur. At parum est scire, quam mirabiliter aliqui doctrinam civilem ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxerint.

§. 47.

Minus etiam interesse, si non molestum prorsus judico, edoceri de studiis Romanorum juvenilibus, quam dulcia ea stipendia facerent, a quibus tanquam honestioribus ne in castris quidem se divelli parentur. Bonum factum edico eos, qui se jurisprudentiæ consecrarent, id imprimis operam dedisse, ne illotis manibus, id est a philosophiæ præsidiis destituti hæc sacra attingerent. At quis nescit seetas caput extulisse non unas inter philosophos, quæ animos eorum distraherent. Quodsi vera nobis narrarent de Jētis qui putant, illos Stoicorum sapientiam reliquis scholis omnibus antehabuisse, nescio annon plurimum detrahant eorundem laudibus. (*)

(*) Ita



(*) Ita sene Cicero in gravissima de officiis quæstione, cum nosset sententiam Aristonis aliorumque jam pridem explosam, ipsaque animadverteret Peripateticos & Academicos nominibus differre, re congruere, atque ab his Stoicos ipsos verbis magis quam sententiis dissentire, illo quidem tempore profitetur se & in eadem quæstione secutruim potissimum Stoicos doctrinæ causa, minime vero ut interpretem, sed vti soleat e fontibus eorum judicio arbitrioque suo, quantum quoquo modo videretur, hausturum. Equis autem aquam quæ bona est dubitet haurire ex puteo, quem alii fortassis de altitudine, alii de profunditate, alii de latitudine, alii de angustia conquesti, præterierint?

§. 48.

Perplacet cæterum modus veterum docendi jura a more philosophis consveto longe alienus. Viri quippe illustres & in respondendo, cavendo, agendo exercitati domi æque ac in foro admittebant adolescentes discendi cupidos, vt quid responderent, quas cautiones, actiones, exceptiones, interdicta, in quavis causa commendarent, quibusque rationibus in his omnibus vterentur coram audient, eaque omnia sibi in futuros usus entarent.

§. 49.

Ita perpolitos nihil prohibebat, quo minus de jure responderent & ipsi consulentibus, simulac studiorum fiduciam haberent: cui fini deinde semel Jatos professi in foro obambulantes consulturis sui copiam facerent; tandem quoque, qui insigniora jurisprudentiae consultatoriae specimina de-



dedissent, limina sua sub ipsum galli cantum ob sideri a clientibus videbant, quibus ipsi responsa ex folio, tanquam oracula ex tripode fundebant.

§. 50.

Nolim attamen hujusmodi responsis tanta auctoritas pro istis temporibus tribuatur, vt vel judices in causis privatis obstringerent, vel dicendo ac disputando everti non possent ab Oratoribus. Quid? quod nec rationes responsorum suorum redidisse, nec ea signasse tradantur; quæ omnia deinceps longe aliter habere coeperunt, postquam cadente multitudinis jure optimatum gravitas convalesceret; quod vnum imperaret omnibus, quo excepto & accedente sapiente temperatione, legum vigor in omnes converteretur.

CAP. IV.

Historia LL. Romanarum ac Juris prudentiæ facies sub Imperatoribus usque ad Justinianum.

§. I.

Difficile factu est, sic inchoare cum Pomponio novam prudentiæ Juris Romani periodum, ne quid in ordine temporis obscuretur aut delectatur prorsus, postquam per partes evenerat, vt necesse esset reip. per vnum consuli, & cogitandum Augustis, quomodo populo non quidem re darent libertatem, sed latebras; illa tamen magis verbo mul-

multis præclarissimis addiceretur sic, vt auctoritati Principum cederet. (*)

(*) Fusius id institutum persequi novimus *Bachium* Histor. jurispr. nov. s. L. III. vbi frequenter citari videoas historicos *Dion.*, *Cassium*, *Tacitum*, *Svetonium*, *Spartianum*, cum aliis recentioribus.

§. 2.

Habes sic breve historiæ periculum saltem in Epochæ hujus initio, cum Cæsar Octavianus IV. Consul a. U. C. 722. paulatim faceret cum successore, ut resp. novam faciem indueret; quam vedit cum hoc die aliam vitam, alias mores, aliam potestatem, eodem tamen jure postulare. Itaque Augustus, Princeps πολιτων αλος regio imperio vtebatur admodum, vt id vulgus tot libertatis pristinæ simulachris delusus quotidie parum animadverteret.

§. 3.

Hinc eadem Magistratum vocabula, nihil prisci moris; leges adhuc veteri ritu latae, non edictis jura nova condebat Augustus, sed per populum ad ferendas leges in suffragia missum, vt quod ipse per Centurias vel tributim scivisset, id pro lege esset. Tales sunt Julia Titia, Julia de adulteriis, aliæque, item Fusia Caninia, Aelia Sentia, fortassis etiam haec, quæ alioquin incertæ sunt ætatis, veluti Scribonia, Visellia, Junia Velleja. (*)

(*) Quod consilium jam cœpisse C. Jul. Cæsar dicitur Svetonio, & quod iste unum fortassis commune habuit cum reip. liberæ vindice, M. T.

Cia.



Cicerone, vt jus civile ad certum modum redigetur ex immensa diffusaque LL. copia optimis quibusvis ac necessariis in paucissimos libros collatis. Id quidem posteaquam istius conatum irritum fecissent fata ejusdem, si non dimisit *Augustus* successor, aliis tamen artibus vtendum sibi fore facile pravidit, vt imperii, quod Principis vocabulo, cum eo, vt fatetur *Tacitus* cuncta discordiis fessa acceperat, suæque securitati consuleret magis, veritus admodum, quod ex Dione Cassio annotatum fuit, ne si subito homines in alium deducere statum cuperet, res ea sibi parum esset successura. Itaque in re tant ponderis lente teusteque procedi oportere ratus est, ne omni jure civili palam everio, invidiam sibi concisceret.

§. 4.

Iis gradibus itum ad potentiam securam, & danda jura, quibus pace & principe vterentur lata illa, quæ etiamnum celebratur *lege regia*, & imperii Augusto privilegio, quod vix ipse sperasset vñquam *Augustus*, vt sibi vni perpetuo summa omnium rerum a S. P. R. permitteretur. Nescio sane, qui viris doctis haud paucis inmentem venire potuerit, vt vel dubitent vel negent talem extitisse propterea, quod primis temporibus imperii illud propter summum regalis potestatis odium in latebris querant & sub herba consiliorum, quæ senatus decrevisse statueretur.

§. 5.

Ea vero, quæ *Augustus* pedetentim quasi accepisset, hæc deinceps sequentibus Imperatoribus sub initia imperii, adcumulatis etiam aliis novis iuribus, uno Scio, vñaque Lege data sunt. Nomini-

minibus autem quibus Imperatores ab Augusto
inde vsi, sunt hæc: nomen *Principis*, præno-
men imperatoris, cognomen Augusti, tribunicia
potestas, proconsulatus, præfectura morum, ac
Pontificatus maximus, (maximus omnino pon-
tium quem Nominales vno dicto de omni & nul-
lo adjunctoraque religionis ad militiam terrore feli-
citer asinis struerent.)

§. 6.

Isto quidem modo pontificatus nobis vituperio
non est, si Pontificum, & singulariter hominum
peccata colligere nolles. Fateamur necesse est,
in ista ipsa potestate, quam sacram esse dicunt,
quiddam mali latere, sine quo vero bonum, quod
est quæsumum in ea non haberemus. Eadem quippe,
quaë superstitioni populari etiam imperio in esse
vitia animadvertes. (*)

(*) Habebant videlicet Quirites inde ab urbe a Ro-
mulo auspicato condita in publicis institutis ac le-
gibus posita deinceps: *auspicio servanto, auguri parento*: sic ut illum crederent habuisse opinionem,
esse in rebus providendis augurandi scientiam.
Non equidem dubii, errasse multis in re-
bus antiquitatem, videbant suis oculis eam vel
usu jam, vel doctrina, vel veritate immutatam,
ut ipsi quoque augures fatarentur, se non esse eos,
qui avium reliquoruimve signorum observatione
futura dicerent. Quin vetus illud Catonis admone-
dum scitum tenebant, *qui mirari se ajebat, quod non rideret haruspex haruspicem cum vidisset*.
Retinetur autem, iudicio Ciceronis, L. 2. de di-
vinat c. 70. p. m. 394. et ad opinionem vulgi,

et ad magnas utilitates reip. mos, religio, disciplina, jus augurum, collegii auctoritas. Imo paria nunc etiam, nec proorsus inutiliter fieri, tradit Glafey. im Recht der Vernunft. L. 2. c. 2. §. 102. & 103. p. m. 532. seq.

§. 7.

Fretus hac potestate Augustus, (de qua dixi, ut transiri alio possit) varia sine centuriarum tribuumve suffragiis, quibus auspicia intercedere crederentur et dies nefasti, constituere coepit, aliisque artibus id confecit, auctoritate senatus in auxilium vocata in his, quæ libera adhuc repad amplissimi istius ordinis curam non pertinarent. Prodibant itaque Sæta non pauca, quæ postea pro LL. valuerunt, quale fuit Silanianum, itemque Vellejanum. (")

(") Satis potentiaz ad amplificandos etiam ac dilatandos imperii fines. Sed quid unquam exitiosus extitit civitatibus? quid tam contrarium juri & legibus? quid minus civile & humanum, quam composita constitutaque rep. quidquam agere per vim, quæ profecto juris mensura esse non debet. Quamobrem, præter Augustum vix unus & alter successorum ejus, quorum vitas Suetonius memoriaz prodidit, imperii civibus posteritatique illam probarunt. Enimvero vt cunque constituto novo reip. statu, Augustus in Magistratum Edictis ac jure adeo honorario nihil innovandum censuit, præterquam quod & ipse, & hujus exemplo ceteri Cæsares mandare conservarent Magistratum iuris aut in provincias abituris, quibus potestatem eorum officiumque, tum in cetera administratione, tum jure dicundo instruerent, minime tamen ipsis
Ma.



Magistratibus ademta potestate per se talia propo-
nendi & edicendi, quæ ipsis viderentur salubria,
æquitatique consentanea fore.

§. 8.

Imo Edictis sensim ut cœpit ad jura nova sta-
tuenda, idque jure se facere plebi facilissime persua-
dit, proconsulari, tribunitia, Imperatoria ac
Pontificali Majestate auctus. Quem enim fugit
sine villa lege aut Sæto quod extet, deminutum esse
sensim domesticum in servos imperium, data his
facultate, de dominorum sævitia ap. Præfectum
vrbis conquerendi. Par ratio fuit reliqui hujus do-
mestici in liberos, in vxorem etc. imperii.

§. 9.

Iis profecto mutationibus vitia hominum sub-
lata fuisse credendum non est; opus tamen fuit
omnino novis Magistratibus instituendis inventa
præfectura vrbana, quæ regnum Prætorum foren-
se haud parum concussit, multaque facile introdu-
xit, quæ in civitate observari e rep. visa fuerint.
Accessit eidem præfectura prætoriana & præfectu-
ra Vigilum.

§. 10.

Non minoris momenti res erat mutatio circa
Provincias, ex quibus pacatae & inermes relinque-
bantur senatui, bello turbidæ, in quibus legiones
erant, sibi seponere decrevit; de Aegypti fatis
timor, ne libertatem recuperaret, censum dedit,
id in rem suam convertendi, quamque sibi peculia-
rem habendi, Senatoribus ejus aditu exclusis,

(Reinocci Hist. Jur.) F

a quæ



a qua res annonaria vel maxime pendebat, dato eidem Praefecto Augustali sine fascibus.

§. 11.

Cumque principem prudentissimum minime omnium lateret, quam multum in Jētis eorumque benigniore interpretatione positum foret; eos maxime sibi obnoxios facere, eorumque operas in evertendo Prætoris regno ac jure ad præsentem statum inflectendo quasi conducere, vtile putavit; quamobrem facultatem de jure respondendi olim omnibus communem, certis tantum hominibus beneficio suo indulxit, ita aucto, ne judices ab eorum responsis ac sententiis unquam discederent. (*)

(*) Cum quam optime constituti juris Civilis in Rep. Vetere summo semper in honore fuerit cognitio atque interpretatio; hujus scientiæ splendorem deinde turbulentorum temporum injuria deletum fuisse, conqueritur Cicero Off. L. 2. c. 19. Hac agitur arte demum, qua Jētorum quoque dignitatem auctoritatemque cuperet restitutam, auctamque retinere, se ipsum superasse visus fuit mirabilis alioquin illudendo veteris reip simulachris populo artifex.

§. 12.

Spes equidem in M. Antistio Labeone incorruptæ libertatis viro, qui nihil ratum penfumque haberet, nisi quod justum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset, fecellit Principem, vt nequidem Consulatus auctoramento eundem compellere quiverit, vt se Augusto addici pateretur: Magis autem dominantibus probatum fuit obsequi-



quium C. Ateji Capitonis, quod ferunt ad servilem fere adulationem demissum certioremeque sibi ad consularem dignitatem viam parasitè. (*)

(*) Commodissimus hic locus datur differendi de Sectis Jctor. summatim, quales libera Rep. nullas extitisse perhibent, quamvis dissensiones inter eosdem non paucæ extiterint. Et profecto commen- dari merentur in isto articulo Mascovii libellus de Sectis Sabinianorum & Proculianorum, it. Car. Fer- din. Hommelii diff. de principali causa dissensio- num inter Labeonem & Capitonem horumque auditores.

§. 13.

Rem bene agent, & melius doctrinam Pandectarum inter plura capita illis auctoris divulgatam comprehendent, qui attentius fontes variarum sententiarum persequi nullo fastidio detineantur; cui fini egregie satisfacere crediderim scripta & La- beonis & Capitonis eorundemque ad jurispruden- tiam instituta quam plurima, modo pauciora quæ supersunt librorum fragmenta pensi habeamus. Patebit ita magis ingenium Julii Pauli, Javoleni, Tuberonis, Cascellii, Proculi, Aristonis; nec latebunt cum Jure Pontificio conjectanea Ateji, auctoris tot ingenii monumentorum, quorum ne vnum quidem fragmentum in Pandectas relatum fuisse constet.

§. 14.

Notior erit nobis non minus tota illa Ser. Sul- picii familia, quam (c. 3. th. 46.) præter relin- quos sub Augusto floruisse tradere anticipavimus;

F 2

qui-



quibus addendi sunt ex ordine temporis Cartilius,
 & hoc multo celebrior C. Trebatius Testa. Nol-
 lem utique, vt diversæ Jētorum sectæ, sub Au-
 gusto natæ, quas diversas imprimis fecisse Labeo-
 nem & Capitonem prædiximus, confundantur
 cum variis philosophorum Græcanicorum placitis,
 quamvis artibus vterentur iisdem homines ali-
 quando nec a sacrilegii crimine, nedum ab ambi-
 tu vacui, sed' auram, vt mos seculi esset, nunc
 regalem nunc popularem captantes.

§. 15.

Ergo duce opus est in historia juris quoque
 tradenda aliquo Mercurio ad intelligendum, quid
 egerit Augusti Successor Tiberius L. Junia Nor-
 bana, ritu vetere perlata, potentia præfectorum
 vrbi & prætorio auæta, in provinciis suo omnia
 arbitrio disponens, facultatemque de jure respon-
 dendi concedens his, qui inter Jētos eminenter,
 præsertim Mafurio Sabino; comitiis denique a po-
 pulo ad patres translatis. (*)

(*) Noluit Augustum Bachius in hist. jur. Rom.
 L. 3. c. 1. §. 30. dimittere prius, & ad alios
 Casarum descendere, quam exhibuisset morum
 animique ejusdem, Svetonium potissimum secutus
 imaginem. At, ni fallimur, concipiorem &
 magis ad institutum compositam dedit ante Fr.
 Bac. de Verulam. in suis operibus ibi: Avuncu-
 lo Julio, ait, viribus animi impar, pulchritudine
 & sanitate superior. Ille enim inquietus &
 incompositus — hic autem sobrius & mortalitatis
 memor, etiam fines suos ordine admirabili descri-
 ptos & libratos habuisse visus est — prima etat-

te potentia, media dignitati, vergente voluptatibus, senectute memoria & posteritati serviebat.

§. 16.

Quid omissum putes in velandis Principum edictis, cum habita in senatu oratione, aut libello per Quæstores prælecto, causam populi agere præ se ferrent, Senatui commendantes pleraque quæ vellent pro legibus valere? Adeſt jam periculum, ex quo Senatorum aliqui sententiam dicent, reliqui his aut verbo adſentire, aut pedibus in partem alterutram ire necesse, idque pro lege erat quod pluribus placuifet.

§. 17.

Talia fuerunt Sæta, quibus hoc temporis interſtio multa nova jura ſunt comprehenſia, ex quibus ſufficit nominaffe Libonianum, Aurelianum, Claudianum, Licinianum, Rubellianum Pernicianum; neque minor aut numerus fuit aut auctoritas conſtitutionum, quas per edicta reſcriptaque proponuiffe dicitur idem post Auguſtum Tiberius. Itis autem qui tempore eodem floriuerere, præſtantissimis, veluti Mafurio Sabino & M. Coccejo Nervæ non adeo multa opus fuit materia, quam elaborarent diligentius, quod memorant illorum ſcripta paſſim ab aliis laudata.

§. 18.

Præterire licebit totum Caligulae imperium, quod & breve fuit, nec admodum laudabile; quoniam ſi vel maxime quidquam in iure immutaverit is, aut facere voluerint ut aboleret, id non



diu ratum fuit. Multa contra dicunt emendasse multaque nova reperisse Claudio Cæs. instituta primum jurisdictione de fideicommissis, tutorum datione Coss. demandata atque constitutis non paucis vel Sætis, quorum pleraque in ejus Consulatu facta hinc cognominantur, & quæ inter celebre non minus est Macedonianum, vel etiam exemplo decessorum editis ac rescriptis.

§. 19.

Sunt quædam à Svetonio Sæta memorie tradita, quæ sub Nerone demum facta existimavit, pleraque tamen ab aliis Tiberii vindicata imperio. Magis certum esse existimatur, sub Nerone conditum esse Sæ. Calvitianum, item Memnianum, Pisonianum, Turpilianum, Volusianum, & quo vix ullum magis celebratur Trebellianum. Hujus argumentum quum satis cognitum sit, nihil repertum fuit a viris doctris quod monerent, nisi in nomine quod habuit ab eo, qui ad Senatum referebat,

§. 20.

JCtos inter, qui sub diis Imperatoribus a Tiberii excessu ad Neronis interitum floruerunt, primum sibi locum vindicat Sempronius Proculus, post Nervam tantæ auctoritatis, ut ab eo Labeonis familia Proculejanorum nomen adsumeret. Illi æqualis fuit C. Cassius Longinus, Scholæ Cassianæ princeps & parens, in quem deinde notarunt Aristo & Javolenus, prout ipse præter libros Iuris Civilis reliquerat notas ad Vitellium.

§. 21.



§. 21.

Obscurioris famæ fuisse dicuntur Atilicinus & Cassius Longinus alter; tum qui adolescens de jure non responderit, sed responsitaverit Cocceius Nerva, istius M. F. Cæterum fæpissime laudatur a Cajo, Pomponio, Vellejo, Ulpiano atque Paulo, vt vix dubium sit eum Proculejanum fuisse. Mitterem prorsus principes qui Neronem fecerunt sunt, tragicos ac veluti intercaares, Galbam, Othonem, Vitelliumque, nisi postremus maximum pontificatum adeptus de cæremoniis publicis omniere funesto aliquando edixisset die antiquitus infausto.

§. 22.

Stabilius vt fuit Vespasianorum imperium; ita T. Vespasiani ingenium ferax invehendo plurima nova in artem juris, cui ad hoc fastigium evenito omnem qua olim Augustus, Tiberius & Claudius vbi essent, honorificentissima sanctione senatus decreverat potestatem. Constituit modo edictis, aut decrevit, aut rescriptis præcepit; vt tamen veteris moris, de rebus alicuius momenti ad senatum referendis fuerit tenacissimus. In Scis eo tempore factis enotanda sunt Pegasianum, Planianum, Vitrasianum, aliaque.

§. 23.

Non adeo multa sunt, quæ Tito Imperatori debet jurisprudentia, quippe inter ipsa imperii initia properantibus fatis extinto; nisi fortassis pontificatu, quem vivo patre tenuit, re dedit quod verbotenus dandum existimarent decessores, &

F 4 pa-

patribus & populo, quod eum ferunt de binis prætoribus fideicommissariis vnum detraxisse, eundemque gravissimas leges opposuisse delatoribus, qui tum impune in corpora bonaque innocentum grassabantur.

§. 24.

Omitto tam non desiderabilem ejusdem fratre Domitianum a lenitate & mansuetudine exorsum imperium, sed mox ad naturæ saevitiam redeuntem, sub quo a. U. C. 836. Sct. Junianum conditum, & subjungo tantum Jctos isto ævo potissimum conspicuos, Cælium Sabinum, quem Sabinianis adstipulatum adeo nemo dubitat, ut potius ab hoc ipso demum eorum nomen ortum potius recte putetur. Celsum patrem contra e Proculi schola prodiisse vix obscurum videtur. De Pegaso autem, qui *Liber* vulgo, non homo diceretur eximio Jcto Proculejanos Pegasianorum nomen adsumfisse, res notissima est.

§. 25.

In numero sunt vtique, qui non æque se præstitisse feruntur, Ursejus Ferox, Fufidius, Plautius, qui Cassium laudet & Proculum ipse, & vicissim laudatus Neratio, Javoleno, Pomponio & Paulo, & Octavenus, cui sèpissime testimonium denunciatur a Valente, Pomponio, Terentio Clemente, Marciano, Ulpiano. Denique Valerii Severi scripta a Juliano alicubi citantur, qui alioquin cum plurimis ejusdem nominis hominibus neutiquam confundendus. (*)

(*) Cæsares nimirum satis potentes fuerant, qui dignitatem auctoritatemque de jure respondendi

CON-



concederent quibus vellent; non æque daturi
ingenium & sapientiam & ne doctrinam qui-
dem, quæ placet aut consultoribus aut populo.

§. 26.

Quam breve habuerit imperium M. Cocceius Nerva, Jtorum filius & nepos, quædam tamen ad locupletandam jurisprudentiam eum contulisse, fatis constat. Successit huic Trajanus Optimi Principis cognomen meritus, quoniam civilitatis laudem in omnibus adflectaret, & de præcipuis rebus ad Senatum referret. Argumento sunt tot Sæta, Rubrianum, Dasumianum, Articulejanum, & Lex Vestibulici, istud denique ἀγόνυμον de actione subsidiaria adversus Magistratum.

§. 27.

Pleraque tamen novimus eundem non adhibito in consilium Senatu Rescriptis atque edictis constituisse. Jtorum autem, qui sub Nerva & Trajano potissimum caput extulerunt, P. Juventius Celsus reliquorum sui temporis facile princeps fertur, diciturque veritatis quam Sectæ studiosior aliquando a Labeone, Nerva ipsoque patre, a quo doctus erat, dissensisse, adfensem autem Sabino & Cassio præstare non dubitasse.

§. 28.

Nominamus præter eum Neratium Priscum, T. Aristonem, Arrianum, Servilium Virianum, Minucium Natalem, Calvisium, Lælium Felicem. Optandum sane esset, ut magis cognitos haberemus viros doctrina eximios, inque rebus versatos, omnibus tum probatos, quos inter ali-

F 5

qui



qui minus celebres ea ætate fuerunt, alii tanto majoris famæ. Quanta autem insipientia erit, ex possessione existimationis quæ certum Auctorem non habeat, & cui sœpe malignitas det initia credulitas incrementum, de jure statuere.

§. 29.

Novam jus Romanum sib Hadriano veluti faciem induisse quis nescit? quod is in omnibus Numam imitari studeret, imprimis tamen in eo id ipsum perficeret, ut LL. imbueret remp. & quum ad ea vsque tempora singulis fere annis nova editio capita Prætores adstruxissent; Imperatoris hujus auspiciis Edictum perpetuum condicubentis primi illum laborem suscepit Salvius Julianus præturam tum gerens, quod publicatum fuisse dicitur a. U. C. 559. (*)

(*) Qui vberiorem Edicti hujus perpetui historiam, quæque Critieam sapiat, desideraverit, eum ablegabimus ad Chr. Godofr. Hoffmanni Histor. Jur. Rom. Justin. Vol. I. L. 1. c. 2. §. 2. seq. Nobis servando instituto satis visum fuit, si brevissima connotatione indicium fecissemus, quanta juris Rom. pars in jure Honorario fuerit posita, tanquam per vices mutabili & vario, quod juris artem aliquo modo incertam redderet; tantam quoque istud subiisse ex hoc Edicto mutationem. Quemadmodum vero artem præ se tulit ista singularium edictorum collectio, quam cum ipso opere periisse fatendum est; ita & conjecturis tantum mituntur hi nævi, quibus laborasse dicitur; de quibus vid. Thomas. in Nævis jurispr. ante Justin. L. 2. c. 3. p. 83.

§. 30.



§. 30.

Sane scire refert quibus modis istud compositum collectumque fuerit, quam? vel unde materiam sumserit? Qui cum Sabianus ipse esset opiniones Sabinianorum, rejectis diversis, ejus Edicti auctoritate comprobaret, quo Prætores cæterique Magistratus loqui dediscerent, accepta perpetua formula & lege jurisdictionis, a qua recedere non liceret; id quod etiam ipsi Principes sæpe numero præ se ferebant.

§. 31.

Desierunt quippe ab eo tempore Edicta ordinaria sive annua eorundem Magistratum, in vrbe primum, & deinceps in Provinciis quoque, nisi fortassis propter res plane novas incidentes, (at qui fieri poterat?) supplendum jus esset, ea potestate Prætoribus plane ademta sic ut natu-ram juris honorarii capita in eo comprehensa non amitterent. Crederes incitatissima summæque celeritatis conversione rem omnem tanto ardore gestam publice, quo res omnis deflagraret.

§. 32.

Equivi vero hinc periculi? Primum eo quasi fonte juris civilis vni sunt juris studiosi, deinde id certatim commentariis summi quique Iustini illustrarunt; rationem & ordinem ejus, quem hodie vix quisquam agnoscit aut non euertere studet, in libris juris civilis scribendis compendiisque sequuti sunt, vt eam ob causam Justinianus adcommodatissimum duceret in Pandectis digerendis eundem ordinem servari. Denique Seistarum studia

re-



refrixisse putantur, inventa nova fraude Miscellionum & Herciscundorum, ex utriusque scētā decretis adoptandi atque amplectendi, quæ delibata forent inde magis probabilia.

§. 33.

Itane dubium est? mundum regi opinionibus, imo decipi velle & decipi, aut credulitate aut superstitione quadam involutum perpetua vicissitudine tenebris? Operæ pretium itaque facere vi si sunt omnino doctissimorum hominum aliqui, qui in eo allaborarunt, vt cum ordine in nostris Pandectis conspicuo, ipsum quasi corpus Edicti nunc annis obsitum totidemque pannis restituerent, quos inter Heineccius quoque nostras id perficere destinaret, & perfecisset forsitan, si non ea spes, quam fecerat amplissimam, morte ejusdem præmatura eventu caruisset.

§. 34.

Sed progredimur ad cætera nova Hadriani imperio investa; qui primus Fisco advocatum dedisse, Jctis autem pristinam illam libertatem de jure respondendi aliquamdiu restituisse narratur. Hac, si quid video, ansa tenuit potestatem frequentius, quam factum fuerat antea, Constitutionibus noviter repertis jura dare, nondum auditæ, vt nullo quoque adhibito amplius colore quicquid collibitum foret edicere cœperit, rarius consulere Senatum, quia Roma esset, ubi esset Imperator per universum terrarum orbem pacem semper peregrinus.

§. 35.



§. 35.

Longum foret numerum novorum iurium ini-
re, quæ consecutus est ut obtinerent aut Con-
stitutionibus, aut decretis et edictis, aut denique
Sæcis; quorum duo præcipue celebrantur, vnum
de fructibus hereditatis & pecunia ex hereditate re-
dacta, alterum, quo Lex Vectibulici ad provin-
cias prolata est; quibus adjicimus, quo vxoris ci-
vis Romanæ partum civem declaravit, nec non
Tertullianum, quo mater ingenua trium, liber-
tina quatuor liberorum jus habens ad bona libero-
rum ab intestato admittitur.

§. 36.

Supersunt quorum memoria nondum re-
lieta est penitus, Jcti illorum temporum, & hos
inter Priscus Javolenus, Cœli Sabini succe-
sor, Salvius Julianus, Aburnius, Valens & Tusci-
anus. Eadem omnia observata recordantur Hi-
storici sub Antonino Imp. cuius tamen Rescri-
pta & Decreta in Codice non pauca laudantur;
nec desunt edicta quorum ibi mentio fiat. Eun-
dem non dubitant de rebus præcipuis quoque se-
natum consulisse imperatorio fastigio ad sum-
mam civilitatem deducto; plurima tamen de jure
illum sanxisse, legi vero maris quæ Rhodia vo-
catur maximam auctoritatem esse illum volu-
isse, quam sere concludunt in caput de jactu.

§. 37.

Sequebantur ab Antonini pii excessu Marcus
& Lucii Cæsares divi fratres appellati, lex qui-
bus postea superstes M. Aurclius Antoninus philo-



sophus dictus cum Commodo filio imperans id egit innumeris quæ hoc tempore prodierunt constitutionibus, ut non multum in jurisprudentia novatum esse intelligerent omnes. Ferunt quippe Marcum jus magis vetus restituuisse quam novum fecisse, & tam parum est quod contulerint boni Imperatores ad locupletandam prudentiam juris rescriptis atque edictis suis, quæ passim citantur. Quid Helvio Pertinaci & Didio Juliano in tam brevi imperio licuerit, vix attinet dicere.

§. 38.

Quæ itaque restant ad illustrandam nostram artem non prorsus inepta, sub dictis Antoninis, nec non postea sub Maximino Maximo, Balbino, & Gordiano, imo postremis, Diocletiano & Maximiniano, quorum principatu conqueruntur extinguitam eloquentiam, caussidicos sublatos, JCtos aut relegatos aut necatos, sunt artes, quas si didicerant, in his se exercere gnaviter soliti sunt, ista quidem Epochæ Antoninorum, Sex Cæcilius Africanus, Terentius Clemens, Vini- dius Verus, Junius Mauricianus, Taruntenus Pa- ternus, Papirius Justus,

§. 39.

Post illos Sex. Pomponius, πολύγενες, Caius, L. Volusius Mæcianus, Q. Cervidius Scævola, Ulpius Marcellus. Deinde Septimio Severo imperante & quædam circa præfeturam vrbi, tutelas, & adulteria mutante, & postea Antonino Caracalla, huic Macrino & Elagabalo, his autem Alexandro Severo succedente cum re- liquis,

liquis, de quibus ante mentionem jam fecimus, a Commedi excessu floruerunt inter Jctos Papianus, Tertullianus, Tryphoninus, Arrius Menander, Sex. Pedius Puteolanus, Paetumejus, Clemens, Papirius Fronto, Furius Anthianus, Claudio & Q. Saturnini, Rutilius Maximus.

§. 40.

Hi autem si non omnes parem sibi pepererunt celebritatem, hoc accidit Domitio Ulpiano per commode, ut acquireret eo majorem famam, ut præstantissimus haberetur, qui & rebus præsentibus recte vteretur, & futura callide prospiceret; æmulum habuit ætate supparem ejusdem dignitatis, Julium Paulum. Illos qui recte noverit, non poterit non nosse omnes, qui illos aut sequerentur aut herciscundo juri operam navarent. Nominandi tantum sunt Callistratus, Aelius Marciannus, Florentinus, Venulejus, Licin. Rufinus, Aemilius Mace, & qui fere in præcipuis erat nec ipse contemnendæ auctoritatis, Herennius Modestinus, cuius laudant maxime æquitatem, modestiam, prudentiamque. Quid addam Jctorum finem consecutus, quorum oracula ex eo tempore obmutuerun? (*)

(*) Quæ adversus vtriusque jurispritorum istius ævi eoryphai æmulationem vulgariter creditam dubia movit Bykershæck, ea non satis explorata nobis videntur, quum manifestum fiat ex illorum dissensionibus, eos diversis sc̄ptis etiam philosophorum fuisse addictos et ipsis quidem, quæ in aliquo licet non omni disciplinarum genere magis vocabula quam rem sequebantur,

§. 41.



§. 41.

Attamen pergam, vt brevissimis commoneficiam tandem de statu Juris Romani sub Christianis Impp. ad Justinianum. Nihil vero admirationis habet tantæ, quam fecit & in sede, & ipsa administrandi imperii ratione Constantinus Imperator, qui Magni cognomen tulit. Spectant videlicet ea omnia maxime ad potestatem publicam aut Sacram aut civilem. Itaque jus privatum pariter aut Pontificium, aut civile, aut honorarium non potuit non esse, sensimque ad alias res, alias personas, alios etiam populos totum transferri.

§. 42.

Quicquid igitur ille Constitutionibus aut edictis cavebat, eo maxime pertinebat, vt superstitione vetere abolita novam religionem statu minaret, a moribus tamen pristinis non nimium abhorentem. Formulariam jurisprudentiam abrogabat idem, vt daret novam ejusdem generis. Nihil fere cum successoribus eam formulam sequentibus reliquum fecit Edictis Magistratum, veluti Edicto perpetuo jam adscriptis, ex quo jus redderent civibus atque provinciis. (*)

(*) Qua fide Constantinus M. Paganam superstitionem deseruisse dicatur? maxima lis intercedit inter scriptores coævos ex quibus potissimum allegari consuevit Zosimus. Videſis Obs Hallens, Tom. I. Obs. 24. Id fere parum dubii habet ex illius institutionis novis & mutationibus, quantum ad artem boni & æqui conferre potuerint, tantum ex iisdem cumulum sensim pullulasse superstitionis sub nova

nova specie; quæ facit jurisperitos, si qui fuerint istis & sequentibus temporibus, primum silentere & credere, deinde perniciosius ac vñquam factum fuerat ante, errare.

§. 43.

Auctoritati & dignitati JCtorum jam post Alexandrum multum decesserat, & flos tantum non omnis exaruerat; quam obrem necesse erat, ut renasci quodammodo & efflorescere rursus coepit sub Constantino M. Neque vero existimandum est, si JCtorum quidam qui iis temporibus extiterunt, Scriptis suis nomen ad posteros invenierunt, æquasse eos superiorum auctoritatem et doctrinam.

§. 44.

Tenuerit ab iisdem temporibus Schola Juri^s civilis Beryensis dignitatem & auctoritatem suam & præclarum quasi sicutum, aut non penitus deformem protulerit, tanta sane studiorum fiducia non erat vt auderent se JCTos præstare, sed ab Imperatoribus saltem jus respondendi peti consuevit; & nescio tamen an aliquibus eorum multum supra verba legum clarissima & satis perspicue tradita sapere datum fuerit, quod ne Magistratibus quidem qui cum summo honore essent permitteretur.

§. 45.

Quid enim, quantumque præter suum Codicem LL. Hermogenianus & tota ejus familia? Item Aurelius Arcadius Charisius, Julius Aquila, ipsius Berytus ἀλωτις miserrima tandem fuit &

(Reineccii Hist. Jur.) G

12.



Iachrymis digna. Dixeris forsam omissum Codicem Gregorianum, qualis qui fuerit nemo intelliget ex paucissimis quæ super sunt fragmentis Constitutionum, sc. Antoninarum aliorumque sequentium Imperatorum, de quibus ante, ipsiusque Hermogeniani post messem instituti spicilegii reliquiis.

§. 46.

Laborarit denique Theodosius M. vt omnes antiqui juris ambages, quas superesse animadvertit, Constitutionibus novis tolleret, laudent alii Valentis imprimis memorandum Edictum, quo liberum cuique reliquit suo in colenda religione iudicio vii; dolent nihilosecius hodieque nimia Imperatorum Christianorum diligentia factum esse, vt in molem immensam excresceret juncta religione jurisprudentia; & extat ipsius Justiniani Imperatoris de Constitutionum veterum novarumque Sylva, multorum camelorum onere, querela.

§. 47.

Qualecunque fuerit autem, quod huic malo remedium quæsiverunt Theodosius Junior & Valentianus, edita a. 426. Constitutione, qua Papiniani, Pauli, Caji, Ulpiani ac Modestini opera, quæque hi Vviri ex alionum veterum JCTorum operibus in sua trans tulerant, exceptis Ulpiani & Pauli notis in Papinianum, sola in foro allegari permiserant, ita vt plurimum sententiae pauciores vincerent, & si pares essent ea præferretur, cui adstipuletur Papinianus, parum hanc

COR-



constitutionem sapere prudentiam legislatoriam,
dudum constitit, ideo ex Justiniano Codice ex-
sulare jussam.

§. 48.

Neque concinnius de jure edicit Codicis Theodosiani a. 438. compilatio, qua Principum Constitutiones quoque ad certum modum redigere studuit, ejusdemque confirmatio; quum hoc quoque condito Novellæ subinde prodirent tum ipsius Theodosii II, tum Valentiniani III. Marciani, Majoriani aliorumque Principum; Sic regnasse puto & regnaturos omni ævo in foro Jurisperitos, modo quidam extiterint aut nulli prudentiores & nemini secundi.

§. 49.

Majoris ergo faciendum est Theodosii istius studium, quo in universum literas & jurisprudentiam imprimis provêhere conatus est, institutis Scholis Romana & Constantinopolitana, in quibus præter Oratores, Grammaticos, Sophistas, Philosophum tantum unum, duo fuerant professores, qui juris & legum potestatem voluntatemque panderent. Bonum factum, si potuit reperire qui in justi atque injusti scientia scorias a metallo separare noissent.

§. 50.

Comparemus cum ea jurisprudentiae facie, quæ perduravit sub Imperatoribus Christianis etiam sequentibus usque ad Justinianum, quæ accesserunt & in Codice nostro extant Constitutiones Marciani, Leonis, Zenonis Isaurici, Ana-



stasii, & Justini Thracis, & res ipsa loquiatur, si fortassis quædam saluberrime sancta fuerint, reliquas fere omnes ita comparatas, ut sat multa a majoribus prudenter constituta abolerent mutarentque, infelicius dominaturas cognitis rerum causis.

CAP. V.

Traditur Historia juris scripti aucto-
re Justiniano Imp. introducti ejusque fata
extra Germaniam.

Justiniani Imp. vitam vti plurimis laudibus cumulant alii, nulla tamen laude magis eum eminuisse dicunt quam legislatione, ac si ille foret, qui vnuis inter homines legislatoris generis humani nomen meruerit; quoniam tam longe latèque orbem terrarum Justinianam prudentiam juris pervagatam esse constet: ita vicissim alios veluti agmine facto in eundem ejusque res gestas, & ipsum adeo opus quod emendando jure confisce-
re annis est, tam graviter invehi deinceps patebit, quam parum absit quo minus eum traducere nihil vereantur.

§. 2.

Quid credas? Existimo sane utrinque peccati ab his qui non ex vero rem æstiment, neque rerum quæ extant testimonia sequantur, sed ut verba sibi dentur æquo animo ferant. Fuit sa-

ne



ne status publicus illo ævo quo per Justinum avunculum ad imperium pervenit, a barbaris misere
re afflictus & laeratus, neque felicioribus fatis
vtebantur tum literæ omnes, & imprimis ars bo-
ni & æqui, moribus & prava consuetudine ho-
minum satis corrupta. (*)

(*) Vitam Justiniani M. amplissimo Commentario
illustravit Jo. Petr. de Ludewig, hujatis Academæ
antehac Cancellarius, a. 1730. qui hic ob tot hi-
storicorum dissensiones instar omnium esse poten-
tit, vt ut altera parte, quam Vir Jllustr. promi-
serat, non secuta adhuc deminutus exierit. Ipse
nimurum in prafatione confiteratur, se aliud hic
scribere, aliud agens mutato nempe consilio, quam
quod instituerat.

§. 3.

Enim vero, vtrum rem per se arduam sic ubi-
que gesserit illisque auxiliis, in quibus nihil
omnino desiderari queat, neque nævis ullis Jus illud
totum scateat, quod ipso Auctore compositum
fuit, hæc alia questio est; imo quis dubitet de
eo, quod ait Ulr. Huberus, melius consultum
fuisse jurisprudentiæ, si aut Cicero aut Cæsar ma-
num huic operi admovissent.

§. 4.

Concedunt omnes Jcti humaniores, quod ele-
gantius tunc jus haberemus; at negant aliqui eo-
rundem moribus nostris istud fore accommoda-
tum satis, quia illis temporibus jus antiquum ad-
huc in viridi observantia fuisset; quid quod Ci-
ceronem parum præstitisse in jurisprudentia qui-



dam afferant, quos equidem valde timeo ne diligentia eum legerint quam mos est puerorum, minime autem philosophorum qui ipsi sapiant.

§. 5.

Quam non ipse se noscet quisquis ille fuerit ea virtute, ut sic ingenii aciem ad bona deligenda & rejicienda contraria exacuerit, simulac idem cum cœlum, terras, maria, rerumque omnium naturam perspexerit, eaque vnde generata, quo recurrant, quando, quo modo obitura, quid in iis mortale & caducum, quid divinum æternumque sit viderit, ipsiusque ea moderantem & regentem pæne prehenderit, seseque in hac magnificentia rerum atque in hoc conspectu & cognitione naturæ non vni circumdatum mœnibus, popularē alicujus definiti loci, sed *civem totius mundi* quasi vnius vrbis agnoverit.

§. 6.

Hæc dudum Ciceroni perspecta quod Justinianum nihilominus latere potuerint, haud ibunt inficias, qui cogitaverint seculi quo vixit felicitatem, quamque altas & incredulitas & superstitionis radices jam tum egerint, tot vitiorum totidemque errorum matres.

§. 7.

Quemadmodum vero depravatio consuetudinem, opinionum varietas imbecillitatem animorum torquet, ita delicta primum ignoratione contrahuntur; deinde arte concocta & oboluta prava imitatione aliorum consuetudinem contrahunt rei specie vestitam. At facit non raro art conser-

sensus ut juris faciem eadem induat, aut tempore aliquando necessitatique parendum sit, nec omitendum quod consuetudo firmaverit.

§. 8.

Cæterum nescio, an nostra multum referat tanta cura in id incumbere, ut de Justiniani moribus ac virtutibus & vitiis, cum magna sit auctorum & veterum & recentiorum dissensio certiores siamus, si perinde esse videatur fateri principem fuisse eum & virtutibus celebrem magnis, eundemque haud paucis insignibus vitiis obrutum.

§. 9.

At ne illud quidem placere poterit, nisi virtutis vocabula magnifica & varia eo loco habentur quo sunt illæ res quæ mutuo consensu quadam & communi vinculo colligatae possidentur. Neque enim fieri potuisset, ut vel edendo corpore Juris præclare generi humano consuleret, qui isti fini hoc ageret, ut sibi ipsi satis cavisse ab erroribus vix crederetur, tanquam vanæ gloriae nimium appetens & quæ sunt alia.

§. 10.

Dabo nihilominus, rationem ipsam aut necessitatem hic quidquam valuisse. Intelligere principem, consilium per Codices superiori aetate factos aut aliis viis quæsitæ jurisprudentiæ sive facilitatis sive certioris disciplinæ, aut denique modi hominum vitiis adponendi eventu caruisse, nec sine medicina adhibita fisti potuisse perturbationes & dissensiones ex multitudine variarum opinionum quæ jus efficerent oriundas litesque inde ductas.

G 4

§. 11.



§. 11.

Nondum sic liquet ea opus fuisse mutatione, qua vniuersam jurisprudentiam jusque civile quasi per totum corpus alia facies occuparet. Sæpe illa jam dudum sive vicissitudinem sive conversiōnem aliquam cum ipsa reip. imperique mutatione subierat; nunquam tamen vniuersa sed per partes tantum singulas ea fortuna vſa erat, sive in LL. sive in jurisprudentiæ ratione, sive in edictis vel in Constitutionibus Principum aut necessitas aut vſus aliquid novi peperisset.

§. 12.

Ista vero prudentia ex providendo appellata, qua non penitus decessores caruisse existimandum erat, majora pollicebatur, quam toties aut in totum convertenda. Hac quum nulla virtus vacare queat & multum differat a malitia, quibus cunque artibus eadem tegatur, vſu rerum quæsita, non potest esse cuivis ætati sic propria, quin constet ex scientia earundem & bonarum & malorum constanti perpetuoque voluntatis recte faciendo delectu habito, qui & oculorum & ingenii aciem sic exacuat ad bona diligenda & rejicienda contraria, vt vera demum sit, quæ futura prospiciat, in discriminē autem & rem & consilium ex tempore capiat.

§. 13.

Putarim ergo non satis fuisse principi, quod animadverteret miseram esse jurisprudentiæ faciem, qui propterea de jure in concinniorem ordinem atque ad certum modum redigendo serio

co.

cogitaret, primumque a. 528. X. viris, inter quos Tribonianus emineret, negotium facesseret, ex tribus qui tum extabant codicibus constitutio-nes vtiliores feligendi, & mutatis iis quae illo-rum temporum foro minus concinna apparerent, cum his quas ipse adhuc edidisset in XII. libros certosque titulos digerendi: quod opus sequente anno absolutum, Justinianum vocatum, mox ipsi sic displiceret, vt retexendum crederet.

§. 14.

Fortassis enim hoc publicato neque tres illi priores codices ideo supprimendi, neque novus ille partus solum in foro pro norma habendus erat, quotiescumque res ita ferret, vt manifestum fieret alios etiam aliquid vidisse sibi nondum perspe-ctum sub vmbbris istorum temporum; neque causa innovanandarum LL. sic incidit in potestatem quamlibet, vt nihil contentionis cum eo habeat quod justum sit, sed nec omni aut loco, aut tem-pore, neque *in ipsa re*, vt non magis in consensu multitudinis aut consuetudine imitatorum.

§. 15.

Deinde, quum maximum solidioris jurispru-dentiæ thesaurum in Veterum JCtorum scriptis latitare non ignoraret, & hæc tamen fere manibus hominum excidissent, quid juvit aut quid hodie-que inde auxiliorum pro obtinendo quo quisque reēte vtatur jure suo, si non discant homines aut doceantur ea tantum, quæ veræ felicitatis trami-tem recta & sine ambagibus pandant; & tandem cum gravi horum, disspendio qui moniti justitiam

G 5 disce-



discere cupiant, rem quæ tam late pateat in ea compendia concludimus scitorum aliquando, e quibus indies augescant qualescunque vspiam enatae fuerint artis æmulatione controversiæ, lites ac disceptationes?

§. 16.

Quis autem L. latorum vñquam tam fuit beatus, vt inveniret aliquos rerum satis peritos, qui sic thesauros doctrinæ solidioris e dñrissimo variarum opinionum ac quæstionum silice extunderent & eruerent, vt scorias a metallo separare nossent? Haud ego negaverim profecto, magnum esse reip. malum, si ignoratio juris civilis & scripti & accepti a multitudine, & longo tempore firmati illud litigiosum faciat.

§. 17.

Enimvero id sibi persvasum habere, ac si istud Digestorum opus quod in Pandecte haberetur omnem disputationem & decisionem in se complectatur legitimam atque justam, ideo, quod vndique collectum esset inque sinus suos easdem receperisset, non est hominis qui refra ratione vtaatur, sed nimium atque ad superstitionem vsque creduli; & dederunt fortassis veteres JCTi quibus idem titulus familiaris fuit, his multo meliora.

§. 18.

Notum est cæterum, Librum hunc ab ipso Imperatore in septem partes divisum maxime ad Edicti perpetui ordinem disponi eum voluisse, non tamen per omnia sic esse; quia præmiserit quædam de statu hominum, de jure rerum & de Magistrati-

tibus, quæ ibi locum non haberent, quædam alio
loco tractata aliorum transtulerit, quædam autem
de hypothecis, de evictionibus, de eo quod fal-
so tuteore auctore gestum fuerit, quæque vel pla-
ne non, vel ex alia parte occurserent, interje-
rit, additis denique sub finem permultis de cri-
minibus & jure publico, quorum nullum in toto
Edicto vestigium.

§. 19.

Laudem nihilominus habet id ipsum propte-
rea insignem, quod in plerisque cum ratione re-
cta sic conspirent sententiæ alias diversæ, si recte
intelligantur, veluti civitati qualis tunc esset ac-
commodata; nec vituperandus est labor quo ca-
vit, ne de novo corrumperetur, quod tanto co-
natu confessum esset, neque JCtos alia in rem
eandem scribere oportere quam Paratitla, h. e.
summarios titulorum expositiones, vnde de toto
tractatu conjectura capi posset.

§. 20.

Par facienda est quoque si non major ea in-
dustria, qua efficiatur, ne deesset tyronibus bre-
vis quædam veluti Introductio in immensum juris
civilis sic adornati oceanum, ex veterum JCtorum
compendiis & Caji potissimum Institutionibus de-
libatis, quæ essent totius legitimæ scientiæ prima
elementa, quem libellum absoluta at nondum
Promulgata ista Pandectarum doctrina fusiore, post
eas publicavit mens. Dec. a. 533. eidemque, quod
sane necesse non fuit, plenissimum Imperialium
Constitutionum robur accommodavit,

§. 21.



§. 21.

Excipiebant paulo post eadem totum hoc corpus juris adeoque & Digesta, Constitutionibus binis, latina altera, altera Græca confirmatum, quod a III. Kal. d. a. in foro valere & in scholis, tam Romana quam Constantinopolitana & Beryteni publice prælegi jussit, ita ut methodum simul præscriberet, qua per quinque illos annos, quos juris studio dare solerent juvenes, Professores vterentur.

§. 22.

Sed quid non nostris inmentem venit? temporis minore & fere dimidio tantum intervallo ediscere volentibus scientiam totam, totidemque si non pluribus cumulatam disciplinis, quot partes fecerat Justinianus sui Digesti; ut anno vel tertio jam nimiū sapere existimentur, quam qui Prolytæ tantum audire debebant. (*)

(*) Ego quidem in argumento nolo esse prolixior, quod summa ingenia, quæ illud sibi tractandum sumserunt, adhuc defatigare animadverti. Potiores quippe partes semper tribui his, qui non scholæ sed vita discere exoptaverint.

§. 23.

Observaverat nunc Justinianus, non modo quasdam veterum JCTorum dissensiones superesse ex diversis sectarum principiis ortas, sed ipsum Codicem non adeo bene cum Pandectis congruere. Sic instituit antiquas altercationes componere L. Decisionibus, quin totum Codicem refingi necesse fuit, Constitutionibus aliis illo cœctis aliisque novis eun-

eundem occupantibus, quas inter dictæ Decisio-
nes reperiuntur in plures particulas dissectaæ. Est
igitur hic ille repetitæ prælectionis Codex, quem
a. 534. XVI. Kal. Dec. publicavit.

§. 24.

At, quod magis mirum vtique est, non desti-
tit Justinianus diu adhuc imperans haud paucas
subinde edere Constitutiones novellas, quarum
plerasque Græce scriptas esse nemo dubitaverit.
Credam potius, quam nolim illum stetisse pro-
missis, ut novæ quoque leges quas ipse statuerat
in vnum volumen redactæ Codicis Novellarum
nomine sancirentur; neque alium esse eundem
quam qui hodie est pars corporis juris in no-
vem Collationes dispartita, nisi quod versionem
latinam, antiquam illam quidem, sed barbarem
tamen ac satis subinde obscuram pro textu au-
thentico habeamus.

§. 25.

Quod per tot sæcula (modo non barbara)
gentibus sagacissimis admirationi fuit, in illud ho-
die imperitissimum quemque calamum impune
stringere, conqueruntur aliqui paulo cordatores,
certe aliquantum sapientiores. Illorum alii au-
torum imperitiam ac stupiditatem accusant, alii
meras contradictiones somniant, alii in methodum
stilum & librorum ordinem ac numerum invechun-
tur, alii ipsum jus Romanum iniquitatis arguunt.
Sunt præterea, qui vel minima in Justiniano non
ferant.

§. 26.



§. 26.

Longiorem ideo piget facere ejus historiam alioquin non nimium brevem. Illud vnum adjicere placet, esse aliquos viros doctos, qui fateantur quod ipsi olim in ea hæresi fuerint, sed quo magis in jure profecerint, eo magis ab illa abhorrente coeperint. Hi sane credunt Iustinianum ipsum hominem se agnovisse, nihilque humani a se alienum putasse. In ea re igitur incredulum esse neinimicem oportet aut superstitionem, in qua sane lapsum fuisse deprehendimus. & Imperatorem, & post eundem quoque viros cæterum doctos haud paucos, tantorum errorum defensores. (*)

(*) Fuisse novimus viros præ ceteris fama conspicuos, qui nihil reliquum fecerint, quo minus id, quod sui mumeris esse crederent, præstarent. Hi tamen quoties opera a Pandectarum consarcinato-ribus impensa historia animum subiit, vix a se impetrare potuerunt, quin illorum audacia subira- scerentur, lataturi magis, si isti tritum illud sibi etiam dictum esse existimatent: sat cito, si sat bene. Quin imo in toto compilando Corporé Juris Justiniane, cum istud celerius quam Butes prodiret, felicius augurium capere vetabat ipsa festinatio operis, quam quod ferrur de cane cæcos catulos parturiente. Ecquid enim visum sapientis lie occupat prater sylvam, s. materiam vtcinque probam, attamen magnam partem indolatam & cortice plenam?

§. 27.

Graeca cum barbaris sic fastidiuntur amultis, tanquam qui nesciant quid faciant rei utilissimæ. Li-

C8.



cebit per me illis ut ignorant quæ fata juris Iustinianæ potissimum in Oriente fuerint? Nam, qui nulli quidem dubitent, quod ibi receptum fuerit statim, tum in foro tum in scholis juridicis, parum curabunt, judices & antecessores plerosque parum gnaros fuisse lingue Latinæ, quamobrem ipsis Iustiniani temporibus libri juris in Græcam lingua transferre cœperint.

§. 28.

Ilorum causa vix quidquam dicendum restaret de eleganti quam Theophilo debemus Institutionum Paraphrasi scripta adhuc Iustiniani temporibus, quod unum mirandum tali, quæ tex-tum latinum vberitate supereret, cum ille versiones tantum καλαπόδες permiserit. Neque tamen donarent humaniores, si silentio premerem, eandem quod operam Pandectis præstítit ipse quoque σύγχρονος Thalelæus, & fortassis etiam Codici, quemadmodum vice versa Constitutiones Novellas maximam partem Græce scriptas, circa a. 579. in epitomen contraxit, & elegante Latinitate donavit Julianus Antecessor, non confundendus cum Patricio & Exconsule.

§. 29.

Versionibus illis Græcis Novellisque eadem lingua scriptis in foris scholisque utebantur Seculis insequentibus VII. & VIII. donec Sylvatum pertæsi de juris disciplina in compendium mittenda Sec. IX. cogitare inciperent Imperatores Byzantini; quorum spectat, quod primum Basilius Macedo a. 838. edidit περὶ τῶν νόμων et



et quam deinde Leo σοφὸς patri Basilio succedens, collectionem paternam perfecit διατάξεων Βασιλικῶν, promulgatam a. 886.

§. 30.

Sequebantur sub initium sec. X. Constantini Porphyrogenetae Libri Βασιλικῶν ex Graeca Institutionum, Pandectarum Codicis que versione, iunctis Justiniani Novellis & edictis XIII. nec non JCtor. quorundam Orientalium Paratitlis aliisque libris, quin & patribus ac conciliis collecti, in quibus LX. in libros divisis videmus tamen multa omissa, multasque leges contrafactas.

§. 31.

Opera Graecorum Juridica Mich. Atalicei imprimis & Mich. Pselli abunde hoc evincunt, in sequentibus etiam seculis jus Romanum quale in Βασιλικῶν Libris reperitur, in Oriente nondum defloruisse; imo floruit adhuc sec. XIII. Theodor Balsamon qui Photii Nomocanonem suis commentariis illustravit, & sec. XIV. Constantinus Harmenopoulos, qui edidit πρόχειρον τῶν νόμων, seu Promtuarium Juris, subjectis legibus rusticis.

§. 32.

Tandem a. 1452. a. Turcis capta Constantinopolis imperio Romano in Oriente finem attulit, toto illo tractu ab iisdem barbaris oppresso. His temporibus itaque jus Romanum ibidem exolevisse, res dubia non est, & si vera tradant, qui volunt hodie apud Turcas etiam juris illius vnum aliquem superesse, eum valde exiguum fore facile



facile existimabis. At referunt aliquando Historici de rebus in solem productis, quae nullum discrimen aciem patiantur.

§. 33.

Revertendum sic est in Occidentem, ubi provinciae quædam Francis, Burgundionibus, Gothis cesserant, aliæ felici Marte barbaris eruptæ, veluti Italia, Sicilia & Africa quas separare hoc magis necessitas persuadet, quod in illis Lege Romana vti omnino licuerit gentibus, at non iure Justinianeo, verum illo qui Codice Theodosiano comprehendenderetur, quocum Caii Institutiones, Pauli sententias & alia veterum JCTorum fragmenta conjungere solebant.

§. 34.

Solam Italiam & Africam Justinianus juris a se editi necessitate obstringere potuit; & ibi quidem cum hæc etiam a Saracenis in secessione sua paulo post excidisset, non solum in Exarchatu, sed cæteris quoque provinciis Longobardici regni ditioni adjectis autoritatem suam, sic permittentibus barbaris, obtinuit. Neque putandum est iis debellatis & constituto a Francis Italiæ regno, juri Justinianeo eam vim abrogatam fuisse.

§. 35.

Quod maior tamen usus fuerit Codicis & Novellarum quam Pandectarum, hoc merito adscribunt imprimis Ieritis quorum præcipue jura ac privilegia in illis continebantur. Monendum hoc fuit eam ob causam, ut peripiciatur quibus gratiis
(Reineccii Hist. Jur.) H. dibus



dibus cristas exerent juris Pontificii Auctores, a jure civili semper tam alieni, ut nemo magis. Alioquin nollem ut quisquam sermone vulgari, qui fabulam sapit, de Iure Iustinianeo seculo XII. demum in Italia instaurato restitutoque se a vero abduci patiatur. (*)

(*) Neque vero refragari admodum sic opinantibus, Justinianum, licet omnia Digestis illata veterum quoque JCTorum capita sua legislationi adrogaret, tamen vix fieri probabile quod leges inde ut vulgo appellantur fecerit, vt pote vim non aliam habitura quam eam, quae ipsis ab aucto-ribus suis attributa esset, nisi in quibus expresso Imperatoris mandato immutatio aliqua sententia intercesserit. Simili prorsus ratione, ut Edicta Prætoria iussu Hadriani in Edicti perpetui orpus collata vim juris Honorarii retinuerint ita quoque JCTorum sententiaz, responsa, cautiones, regulas, interpretationes in Digestis collectis naturam conditionemque suam non amississe. Patiamur utique talismodi collectionibus publica autoritate confirmatis inesse jura, leges, &c., atamen necesse non est, ea propter omnia capita pro legibus esse habenda, quod ne quidem de singulis Rescriptis, Decretis & epistolis antecessorum in Codicem relatis affirmare aut sunt prudenteriores.

§. 36.

Poterat utique usus esse ejus iuri imo debebat, & idem tamen nimium quanum obscurari novis aut legibus aut moribus supervenientibus, nec incredibile sic est, ut non probabilis fiat visio, ita auctoritatem callida clericorum elusione

serissim imminutam, ut vix umbra aliqua apparet eo tempore, cum extitissent sec. XII. qui iuri Iustinianeo testimonium denunciarent in foro, poteaquam non deerant qui illud auditoribus suis traderent.

§. 37.

Hi etenim, ut fieri solet, in tanta erant doctrinæ itque prudentiae existimatione, ut magni ad eos audiendos concursus fierent, siveque augescerent: um vero auctoritas non modo ac vis iuris Iustinianei convaluisse videbatur, sed reducta est eadem a ipsa iudicia non solum Italiæ, sed transiit quoque in regna peregrina & externa; cuius rei causæ cum vulgariter ignorentur, quid mirum tandem, si varie edantur, & vicissim ab aliis impugnentur. (*)

(*) Non admundum convenienter sepe in rebus maximi momenti doctores Scholæ ex uno, atque usus forensis ex altero latere; quod utraque pars affectet imperium aliquod ad se non pertinens. Ridet nostra pars nec immerito auctoritatem veteris glossæ, quæ pro superstitione illius ævi suic omnino supra legem Romanam priusquam de recepta publice & palam constarer, non sane ob id, quod eidem omnem auctoritatem deneget, sed censeat non usue adeo sui valitaram momentu, ut aut ratiorem vincat aut legem. Posteaquam vero cum scimus easdem leges in universum, nec ob vim rationis solius acceptas fuisse, disputationes inimus de earundem æquitate vel iniquitate, aut utrum sit e re nostra scientia illa abuti, ac si non feliciores fuissent nostri majores ipsa iurium suorum ignoratione, qua factum est.



vt vel probare suo judicio vel refellere & improbare nefas esse duxerint.

§. 38.

Quod autem existimant, inventa in Anatoliana expugnatione Pandectarum quod nunc Florentiae est exemplo effectum esse, ut studium illud refloresceret; aut occasionem saltem id exemplum Pandectarum dedisse Jctis enarrandi Digesti, hoc dudum sic explosum atque demonstratum contra est, dudum ante istam jactam inventionem Digestorum ea in usu & scienia, ipsamque juris Justinianei enarrationem in scholis haud infrequentem fuisse, quo minus opis esse videatur laudari Lotharii Imp. praecepum cuius instinctu id agerent, quod sua sponte fecisse illos constet.

§. 39.

Ajunt' quippe & fidem fauunt, quod Bononiæ eam artem profiteri coepit primus Pepo, ac deinde Irnerius Germanus, qui Constantiopolis jus didicerit; ex eo plures deinde prosecisse, qui & ipsi postea Scholas iuridicas aperirent, ut non multo tempore docene in Gallia Placentino, in Anglia Rogerio, & post eum Accursio, alibi aliis jus Romanum professis, in universa Europa idem studium propagaretur.

§. 40.

Sistunt claros jam tempore Friderici I. Imp. primos dicti Irnerii discipulos, Martinum Grossum Cremonensem, Bulgarum, Hugonem de Por-

Porta' Ravennate & Jacobum Hugolinum adhibitos
ab Imperatore a. Chr. 1158. in consilium, ha-
bitis in Campis Ronealiensibus tum Comitiis. Pro-
ferunt insuper pulcherrimum Codici Justinianeo in
Auth. Habita. C. ne fil. pro patre insertum privi-
legium, quo Scholam ibidem florentem laudatissi-
mus Princeps ornaverit, antequam expeditionem
in Palæstinam susciperet.

§. 41.

Celebrantur autem præter quatuor istos JCTos
eorum quoque successores Bononienses, Rogerius
Vacarius, Otto Placentinus, Pyleus, Albericus
a Porta Ravennate, Azo denique JCTorum sua
ætate princeps, & non minor hoc suo præceptore
Accursius Florentinus, cuius humaniores JCTi lau-
dant admirabilem in illis tenebris doctrinam, mi-
ranturque eam hoc magis, quo tardius, quippe
quadragenario jam major ad studia se contulerit.

§. 42.

Quidnam vero hi? Non modo viva voce ju-
ra publice docuerunt, sed & scriptis suis ista
aliquo modo illustrarunt, aut contrahendo jus in
breviores veluti positiones, vel vti ipsi vocabant
summas, aut partiendo augendoque juris corpore,
aut Græcorum exemplò breviores glossas seu scho-
lia singulis juris partibus adjiciendo. De auco-
ritate vero Glossæ corpori juris deinde additæ,
quod moneam amplius nihil jam refert.

§. 43.

Ab interpretibus barbaris originem ducere,
quod Digesta in partes tres, Digestum videlicet

H 3

Ve-

Vetus, infortiatum & novum etiamnum dividantur, ad istam relatis prioribus ab initio vsque ad L. 24. ad illam, sequentibus a Libr. 24. vsque ad 38. & ad hanc reliquis vsque ad finem; quam dubio id vacat, tam scio cum ignarissimis, utrum eam partitionem recte adscribant Bulgaro, aut Burgundioni, quod Græcos in Pandectis & Codice textus Latinitate donarit, minusve cinnam distributionem Novellarum in novem partes, totidem authenticarum collationes barbare nominatas.

§. 44.

Sunt vtique notabiliores additiones Authenticarum quas vocant, nec non librorum Feudalium. Confecerant nempe, quod illas attinet cum Irneius, tum alii quidam ex Novellis certas positio-nes juris novissimi, quibus ipsis Codicis legibus derogatum sit. Addiderant alii similes hujuscemodi periochas ex LL. potissimum vtriusque Friderici Imp. deceptas. Quis eas omnes sub titulo Authenticarum inferuerit? quid interest, si tantum nōris eo consilio factum fuisse, vt statim in oculos incurreret, quid novis LL. mutatum sit?

§. 45.

De feudorum libris post Novellas in Corpus Juris insertis vulgaris Sententia habet, has consuetudines Feudorum Longobardicas auctoribus Oberto ab Orto & Henrico Nigro, Consulibus Mediolanensisbus fuisse compilatas: at vero similius est ex eorum potissimum libris aliquem istius juris peritum eas delibasse, illatas deinceps in Corpus

pus Juris sub nomine Decimæ Collationis ab Hu-
golino de Presbyteris.

§. 46.

Accursianæ disciplinæ, cuius labor sec. XIII.
ferbuit, successit sec. XIV. Bartolina, quo vixe-
runt Bartolus de Saxo ferrato, & qui ab eo pro-
fecit Baldus Perusinus, ingratus erga præceptorem
habitus. Dicitur ille a Cino protectus plane aliam
viam ingressus nec juri interpretando aut expli-
cando intentus, ut a superioribus factum erat,
sed calumniam forensem, propositis quæstionibus
subtiliter dividendo partiendoque dirimendis, in-
stituisse.

§. 47.

Mansit ille mos secundis XV. & XVI. licet
posterior Cujaciana docendi ratio in jurispruden-
tiam jam lumen artium humaniorum intulisse cre-
datur, in qua principem extitisse Andr. Alciatum
percrebuit. Sed jam ante, inquis, eandem viam in-
gressi erant Castilioneus, Raphael Cumamus, Ful-
gosius & Alexander ab Alexandro. Attamen
caeterorum invidia contemtisque jacuerunt: Me-
mores autem esse oportet, in hujuscemodi sermo-
ne, quo scholas illas Irnerianam, Accursianam,
Bartolinam, Cujacianamque invicem comparare,
aut de methodo sive Ramistica, sive alia quæ-
dam in medium afferre moris est, quod admodum
dicere soleant, ut transire alio liceat. (*)

(*) Non longe abieris, num in his Scholis ac in-
ter doctos, nec exceptis Jctis eidem Collegio ad-
scriptis sepius hoc vsu venerit, ut Collega col-
legam



legam suum non secus ac sigulus sigulum odisset, tum maxime, quando de fama aut numero sequacium invicem contendunt, at necesse non esse putes hujuscemodi litium causa latebras querere aut eas claim habere, dudum ab aliis prodita. Vid. Gundling. Append. Sect. XI. Eas res autem secum reputantes bene sperare jubeo et meminisse, non raro adversa præstitisse, quod secunda tributura nunquam fuissent.

Aliud in mentem jam venit ex hujusmodi odiis effluendum. Scilicet contentionum illarum materia, quæ nullo non tempore plurimæ fuerunt inter eruditos apud cœtum aut, si mavis, turbam, de quibus videsis Carol. Ferd. Hommelii Litteraturam juris, L. I. c. 15. per tot. & imprimis de Realistarum & Humanistarum familiis §. 75. p. 239. seq. Non crediderim has extirras fuisse, nisi præfuisse tam diversa Nominalium atque Realium philosophorum studia. Ait ipse, quem modo laudavi, *Socini* asseclas discipulos *Alciati* per contemptum Humanistas dixisse, se autem Realistas, ut ipso nomine se *barbaros* significarent. Nihil autem negotii interpositum est, quod occurrat pugnantibus invicem barbaris philosophiam simulatam affectantibus & realibus. Neque enim his sordent literæ humaniores, sed istis ignorantie virtutis, quæ alienis nunquam solet obsolescere sordibus. Nominalibus autem, vt cunque a barbarie abhorreant, & sint non pauci eorundem mirabili ingenio, hoc familiare ostendit, sicuti in verbis quoque convenientiunt multi rerum prorsus ignari.

§. 48.

Non diffitentur, qui nunc Humanistæ audire malint quam barbari, se reperiisse quedam in Glossa ejus-

ejusque auctoribus, quæ prorsus admirantur, sed plura etiam inepte ac stolide scripta, qualia proficisci oportuerit a viris in illa caligine educatis, omnique historiæ, literarum ac philosophiæ, non audent dicere recte rationis lumine destitutis. Accursii acumine & diligentia factum esse putant, quod auctoritate fere omnes ad se audiendum converterit & sectarum dissensio conticesceret.

§. 49.

Latere profecto eos non debebat, multos nihilominus hujus viri in interpretando solertiam valde contemnere, quam miris modis extulit Cujacius, quem etiam alii doctissimi sane JCti sequuntur. Istam scilicet laudis vim non aliam esse debere contendunt, illumque modum, ut non homines doctos fuisse aut recte vidisse eosdem arbitrentur, sed egregiam operam tantum in iis navaffe, in quibus solo ingenio nisi possent & industria,

§. 50.

Eccur vero Alciatus lumine artium humiorum in jurisprudentiam illato, eo successu præ cæteris usus est, vt inde certatim eandem rationem sequi JCti instituerent? Tum quoque non deerant, qui contemptus causa illos Humanistas, se autem gloriæ scilicet gratia egregio nomine & elegantiae eorum teste Realistas vocarent; quod genus hominum, si nec defecit, nec deficiet unquam, ejus rei ratio sane in promtu est. Nolam itaque ego suspiciones invidiæ causa coacervare; quam obrem præstat nihil dicere, quam pauca. (*)

H 5

(*) De



(*) De ipsis quidem inter viros eruditos contentiōnibus minime nudius tertius aut hac deīnum aetate excitatis jam supra ad pos. 47. h. c. dicere anticipavimus. Nos autem iis, quae legi possunt ap. Homine!um, l. c. quorsum etiam in nupera Comtempl. repetita des Waldspahns digitum intendimus p. 40. seq. hic non immorabitur tantum memores aerioris invectivæ, qua Erasmus Roterodamus in Colloquio de rebus ac vocabulis p. m. 663, usus fuit in illos mortalium, qui pluris nomen, quam hoc sit magnificum faciunt quam rem, ut citius credat, etiam nunc sub humana specie camelos et asinos obambulare, quam homines esse sic affectos.

§. 51.

Possem profecto si vellem, quicquid Humanista aliquis de libris Cujacii scribat, sic transferre ad alios, prout non dubitet quidam Realis affirmare de methodo alias Ramistica, alias Mathematica, ut putet jam multum profecisse eum, cui sua Iris quam amat ipse, non dispiceat. Unum vero est quod plerosque male habet, quod vident, Sapientem valde cupere ut faciat naturam veluti optimam fidissimamque ducem secutus: Stultum contra nunquam sic evitare aut asini tarditatem aut simii temeritatem, ut non artibus quoque quibus adfuererit semel, invitū trahatur.



CAP. VI.

CAP. VI.

Historia Jurisprudentiae Germanicæ
ante cognitum Jus Justinianeum, quam diu po-
puli Germaniæ vñi sunt jure tantum
proprio.

§. I.

Præcipua veterum Germanorum hæc laus est,
quod apud ipsos quam plurima essent inau-
dita, apud alias gentes vel in ordinem sanctioni-
bus scriptis redigenda, vel severissimis legibus
coercenda, quibus ita, præter mores ac consve-
tudines tum communes omnibus, tum vni vel
alteri genti proprias, ne quidem opus esse crede-
rent, quod plus apud eosdem valerent boni mo-
res, quam alibi leges cum cura scitæ atque per-
latæ. (*)

(*) Hos mores Germaniæ antiquæ quibus nihil co-
gitari queat minus sicutum aut corruptum præ-
sumptionibus, aut ab amica naturæ simplicitate
alienum, ut probabile fiat, eosdem populum illis
innutritum semel diu etiam atque per plurima se-
culorum spatia tenuisse a Romanorum institutis
longissime recedentes, vix melius discas, quam ex
illo Taciti de iis libello. Probe itaque fecit
B. Thomæsius, qui hunc juris studiosis maxime
commendandum censuit, sic tamen ut sine com-
mentario legatur, quia in his, qui commentati
fuerint in eundem, nullum repererit, qui non
in multis a scopo auctoris valde aberrasse sibi vi-
deatur. Totus enim cum esset in eo Tacitus, ut
vtriusque populi mores diversos ostenderet, faci-
lens

Iem conjecturam esse sane, quod omiserit quibus convenienterent. Præterea, ut satis bona fide sibi cognita relataque tradisse putetur, eum tamen nunc falsum nunc suspectum fieri necesse fuisse, quoties animo contemplaretur, quod oculis non poterat in confiniis solum hærens, quandoquidem Romani in interiore Germaniam vix intraverint aut non diu illuc perfriterint.

§. 2.

Qnam fuerint autem hisce moribus ab institutis Romanorum alieni, longum foret hic enarrare, et otium fecerunt in eo argumento nobis ipsi scriptores exteri, Tacitus imprimis aliquique, quorsum feuda quoque, imo omnis potestas publica privataque in res & in personas, sive sacra sive civilis, haud inconcinnne referantur. Caput rei sunt ab antiquissimis temporibus inimicitiae, quæ non inter pocula terminarentur ex fide, a tota familia susceptæ, & manu potius quam juris arte finitæ.

§. 3.

Mores, quos singulæ gentes habuerunt sibi proprios, fere pertinere dixeris in universum ad jura successionum & hereditatum, quibuscum veluti sua natura conjunguntur omnis generis tutelæ, quibus vel ætati vel Sexui, aliisve imbecillitatibus in tempore succurerent; iisdemque suum pretium statuerent, atque modum. Secundum mores hosce itaque, quicquid eorundem ignoratione litigiosum fieri quiverit, per principes, majores natu & seniores, tanquam judices summa integrum.

tegritate conspicuus, eximiaque experientia præditos eo modo jus reddebat per vicos pagosque, ut causam vel statim ex æquo & bono compонerent, vel denique judiciis divinis permitterent.

§. 4.

Deliſtis obviam ibant poenis ex genio & fine reip. statutis eisque rationibus cavebant, ne vlla gens labem ex dolis, fraudibus & adulteriis facile contrahere posset, vspiam data vel fidei violatæ vel publicatæ pudicitiae venia; animadvertentibus severe in delicta publica, quem in censum venerunt militaria, principe & duce, in privata vero sacerdotibus veluti Deo imperante.

§. 5.

De forma judiciorum veteris Germaniæ plannissima, & modi procedendi maxime simplici, ipsi tam simplices vbi vis populorum mores dubitare vetant; quare supervacuum fuisset, explicare ejusdem speciem ceu legibus muniendam pluribus, malitiæ caufidicorum aut lucri faciendi cujusquam studio positis; quin argumento est, nulla necessitate illos eo adactos, vt de mediis cogitarent cogendi quenquam arctioribus ad officium faciendum, quod ipsæ etiam gravissimæ discordiarum pestes sine mora fuerint abolitæ, paxque reddita. (*)

(*) Iis itaque rationibus manifestum fit quod relatim legimus, morum innocentiam & æquitatis studium effecisse potissimum apud Germanos, tanquam gentem castam, sobriam, duce natura paucis contentam, libertatis equidem suæ amantem, attamen alienæ nec inhiantem, commercia autem

et

et quæ alias faciunt sive ad utilitatem s. commo-
ditatem, fere ignorantem aut non admodum cu-
rantem, vt ne quidem opus esset scriptis legibus,
nendum iis artibus, quibus perstrepebat forum
Romanum, veluti judiciorum et formularum aliis-
que solemibus dudum avetum: conf. si lubet
Brunquell, Historiam Jur. Romano Germanici.
P. IV. c. 1. p. 570. seq. vbi allegationum atque
citationum sat is invenies. Neque causa est sat
justa, quare non placeat justitia gentis magis in-
geniis culta quam legibus.

§. 6.

Enim vero a Taciti temporibus ad seculum V.
vsque jam notabilis facta est rerum conversio, et
migratione tot gentium frequentissima effectum, vt
haec saltem, eaque potentissimæ Gothorum, Van-
dalarum, Burgundionum, Svevorum, Franco-
rum, Anglorum, præstantissimis Romanorum
provinciis infusæ, regna ibi amplissima conderent;
vacuas autem relictas earundem sedes occuparent
aliæ antea parum notæ, Alemanni, Boii, Saxo-
nes, Thuringi, totamque inter se Germaniam
magnam iidem partirentur.

§. 7.

Vixerint porro, eo jure consuetudinario
mero quæ in vetere patria substiterant, si a
Francis discesseris, & ejus describendi consilium
inierint quam diu sui juris mansere, hi certe po-
puli qui extra Germaniam sedes quæsiverant
paulo citius vtique cum adquisita sibi aliqua la-
tine loquendi scribendique facultate jura sua li-
teris configuarunt, & tanquam libertatis suæ im-
me-

memores compedes fabricarunt, cum ab eo tempore gentium Germanicarum aliae jure vterentur scripto, aliae non scripto. (*)

(*) Ais itaque; mutatos passim deinde quodammodo fuisse mores Germanorum jam temporibus Taciti, nequin postea, sive quod vim paterentur, sive sedes migrarent, atque his viis cum exteris miscerentur, aut cum iisdem commercia inirent. Non negant id Jurisperiti, quos Germanizantes dicere solent & quo um meminit quoque Hommelius l. ante cit. §. 76. p. 244. seq. At contendunt, nunquam fieri potuisse, ut tanta rerum conversio ac vicissitudo subintraret per artes non æque bonas acceptas sensim, quantam sibi fingunt & cogitatione depingunt Romani zantes, ut jam dudum & ante majores eorum ex indigenis facti fuerint Romani.

§. 8.

Antiquissimam omnium memorant Legem Salicam Francorum, quam fecuta est Ripuaria ejusdem populi, qui inter Rhenum, Scaldim Molamque habitaret; porro Burgundionum, Ostrogothorum & Wisiogothorum, Anglorum & Werinorum, juxta quas autem eadem Germanicae originis gentes, quod in cultioribus orbis Romanii provinciis essent, plerumque Imperatorum Romanorum Majestatem comiter venerationi sunt; quamoprem haut mirum est, si & ipsæ quedam ex jure Romano capita adficerint, & provincialibus legem Romanam permiserint, & tanquam optione ea obtinere.

§. 9.



§. 9.

Ipsa igitur diurna cum Romanis consuetudine aliquid peregrini etiam circa LL. attraxisse eosdem, pro certo habemus; nec magis obscura origo corporis Alariciani, quod Theodosianum passim vocant, tum quoque Breviarii Aniani. Idem institutum Ostrogothis placuit, qui exemplo essent Burgundionibus, ut regni sui homines jure suo quemque, aut quo vellet vti paterentur. De Francis etiam clare extant testimonia, maxime cum Roma tanquam domicilium LL. celebraretur, vnde peterent quotquot ex provincialibus ad sapientiae istius laudem adspirarent.

§. 10.

De Anglis autem merito subsistunt; quod eset a Romanis deserta, antequam illi Britanniam occuparent; & quæ diximus solas specent eas gentes, quæ in provinciis Romanis nova regna condiderant; quæ vero in Germania sedem nunquam mutarunt, pleræque demum, cum in Francorum potestatem venisse dicuntur, jus scriptum habere cœperunt, cum ante Carolum tum sub eo.

§. 11.

Neque sic admodum difficile putarim reperire eujusvis antiquarum LL. originem, veluti Alamannorum, Bajuvariorum, Frisorum, Langobardorum, qui populus constituto in Italia novo regno eoque potentissimo, leges suas non modo in scripturam, verum etiam in justum corpus redigere cœpit, indicio haut levi, illud extincto quoque ipso regno diutissime apud Italos sic valitum;

qua-



quarum quidem collectiones & glossas sive antiquorem sive Muratorii novam longius recensere ab instituto nostro alienum esse judico.

§. 12.

Dictum ita satis pro causa de legibus primis gentium Germanicæ originis, earundemque initiosis a Seculo V. ad Caroli M. Imperium usque in scripturam redactis & editis. Hoc ipso vero temporis intervallo Franci Burgundiones, Friesios & Alamannos perdomitos, Gothos autem Gallia submotos, Bajuvarios in deditonem acceptos viderunt. Quid mirum est prævaluuisse reliquis leges Francicas non Salicam modo & Ripuariam, sed & edita, quæ singuli reges in Comitiis vel placitis publicis & consentientibus regni ordinibus sub capitularium nomine ferebant a Baluzio collectorum. (*)

(*) Quicquid in illis LL. antiquis diversorum Germanicæ populorum notare vides fuerit aliis, quas scriptas ante Caroli M. imperium habuere Franci, Burgundiones cum ceteris, qui profecto cultissimas Romanii imperii provincias in Galliis atque Italia incolere incepissent, parum nostra refert, cum fuerint non modo pauca & breves atque ita ad jura Romanorum, si maxime artem juris respicimus minime comparanda: sed etiam ad gentes singulas tantum pertinerent, nec sane in omnes partes jurisprudentiae intenderent. Nolim igitur cuiquam ut in mentem veniat, tales unquam alicubi mutata rerum facie in fori disputationem potuisse transferri; neque vero cuperem, ut ausint hos, qui vel eorum, vel Capitularium quæ dicuntur Regum Francorum colligendorum

(Reineccii Hist. Jur.) I

stu-



studio operam navarunt, veluti Heroldum, Lindenbrogium, Baluzium, alios de suo quenque ponte dejicere, cum fateri necesse sit, posse istarum Collectionum aliquem usum concedi in jure commenticio.

§. 13.

Non negamus nec quod ante dedimus repetimus, has leges omnes passim aliquid ex jure Romano traxisse, multa pristinæ, qua vituperantur, barbariei Christianam religionem paulatim detersisse, qua interea illæ gentes imbuebantur, modo hæc ipsa quoque servantior puritatis atque simplicitatis antiquæ fuisset, neque sensim superstitionis labem sibi contraxisset. Res ipsa tamen docet, consuetudines tantum non omnes Julio Cæsari Tacitoque enotatas in iisdem Germanorum LL. etiam nunc reperiri, luculentissimo testimonio, quam prisci avitique moris fuerint majores nostri tenacissimi.

§. 14.

Historiam tradimus, non ipsa jura, quorsum spectat exemplorum quæ hinc inde ab aliis adfertuntur, cumulus; imo & controversiarum non jure, sed ferro decisarum longa series. Minime vero silentio prætereundæ fuerunt prorsus formulæ forenses istorum temporum, quæ faciunt sane ad LL. genuinarum æque ac juris Romani apud provinciales recepti illustrationem, ususque forensis intelligentiam non parvum. Quam ob rem utique operæ pretium fecerunt qui in iisdem colligendis desudarunt. (*)

(*) Qui



(*) Qui autem ex his nobis fructus debentur, eos
vtique vberiores & præstantiores capere possumus
post tanta Herm. Conringii de jure patrio merita,
qua^e constat esse quam quæ sunt maxima. Nam
primus ille id ipsum instaurare siveque defensio-
nis munimine erigere annis est; quem deinde,
at non omnes pari passu fecuti sunt Schottelius,
Schilterus, Kulpfius, Thomasius, Gundlingius,
Ludwigius, Beierus, aliqui: licet eorum ne-
mo dubitaverit eidem juri vnde cunque hausto
præ peregrinis primas deferre. Quia vero contr^a
eos pro juris Romani prærogativa ex instituto
plures disputarunt, veluti Tabor, Textor etc.
hi quidem in illa historie parte, de qua nunc
sermonem instituimus ut audiantur, postulare non
debent, sed expectare donec ordo ipsos tangat.
Legere autem ante omnes oportet sine dubio istius
librum de Orig. Jur. Germ. nec non diss. pec. de
judicibus & judiciis antiquor. Germanorum.

§. 15.

Sed progrediendum longius est a temporibus
Caroli M. ad Lotharium III. Imp. Istum quippe
ferunt emendandis barbarorum moribus, legibus
que æquioribus instituendis natum. Et habebant
utique tunc gentes omnes jam LL. eo Auctore scri-
ptas, præter Saxones, quos bello, quod ultra
XXX. annos duravit superare & opus & labor
fuit, quo maxime sibi placebat. Novas tamen
his leges obtrudere integrum ipsi fuit neutquam.

§. 16.

Lex Saxonum antiqua ab Heroldo, Linden-
brogio, Leibnitio, Gærtnero edita, quando scri-
pta fuerit? non disputamus & fere dubio carec,

12

quod

quod in eadem non pauca desiderentur a veteribus exinde citata. Sunt nihilominus illa fragmenta quæ extant & genuina & vetusta, quandoquidem ad ea ipse Carolus M. in Capitul. de partib. Saxon. provocat. Quæ vero eidem legi patriæ idem adstruxisse perhibetur, ea produnt, si quid intelligo, potestatem publicam & potissimum sacram. (*)

(*) De Lege Saxonum veterum quod separatum memoriae proditum fuisse scimus, ita habet, ut intelligatur inde quam esset brevis, quandoquidem constet XIX. tantum titulis; multa tamen habeat singularia, quare etiam aliquibus crudelitatem potius sapere visum fuit quam aequitatem. Idem perhibent de antiquissima quæ prostat gentium Saxonibus affinum, Anglorum nempe & Werinorum, ex quibus etiam varia juris hodie num visitati capita partim repetuntur, partim illustrantur. Neque appetit adeo multum, quod rem privatam & secularem attinet in iisdem postea, sive Imperatorum Carolingiorum Capitularibus, sive aliis viis fuisse immutatum. Fufius haec tradita & laculenter demonstrata reperies ap. Brumellum H. J. P. IV. c. 2. & 3. p. 578. seq.

§. 17.

Ejus generis additamenta quod accesserint aliorum quoque gentium LL. a Theodorico Rege Francorum ejusque successoribus in scripturam redactis sub Carolo M. ejusque filio Ludovico pio, imo ipsis Francorum LL. Salicis nimirum, Bajuariis, Longobardicis, non ignoramus. Imprimis vero notanda sunt Caroli M. & aliorum

Re-

Regum Francorum Capitularia vniuersis civibus
præscriptas, h. e. sanctiones vel in Conciliis &
Synodis, vel in Comiciis regni de ecclesia & rep-
factæ, communi videlicet populi aut Procerum
consensu.

§. 18.

Fuerunt sane, qui antiquitus Capitularia illa
colligerent, & in certum ordinem redigerent illi
fini, ne tot legum species conquirendæ essent
Francis, quales sunt istæ collectionis Ansegisi, in
certæ ætatis, quæ L. I. complectitur Constitutiones
ad rem ecclesiasticam pertinentes L. 2. LL. ci-
viles, utrasque Caroli. L. 3. Ludovici ecclesiasti-
cas, 4tus Ej. civiles s. vt Auctor vocat munda-
nas; præter tres, quas adjectit appendices. Hu-
jus veluti auctarium esse voluit, qui novam po-
stea a. 845. Otgarii Archiepiscopi Moguntinensis
auspiciis adornavit Benedictus Levita, at neque
delectu neque ordine usus; cui accesserunt alio
auctore incerto additionum Libri IV. Talem
quoque novam consecit in usum Italorum ipse Imp.
Lotharius.

§. 19.

Hæc si perpendimus curatus, & ratione-
habemus istorum temporum, nec non morum qui-
bus viverent gentes Germanicæ, credendum uti-
que, ipsis LL. scriptarum & juris civilis sub im-
perio Carolingorum tantum fuisse, quantum satis
esset intelligentibus, modo recte iisdem uti vel-
lent. Sed tantum abest, vt plenam juris Germa-
nicæ tantum privati, nedium publici sine subsidio



historiæ, plenam notitiam inde haurire liceat, ne non ad jura eorundem privata & singularia, ex moribus & conuetudinibus judiciorum cuiusvis vici, pagi, provinciæ particularium non scriptis magis attentum esse oporteat. (*)

(*) In universum, inquit Thomasius, Delineat. J. R. & G. th. 93. judicia Germaniæ usque ad XIII. Seculum a Carolinorum temporibus non ex scripto jure, cuius parum fuit, sed ex receptis moribus, ex bono & æquo sententias pronunciarunt. En quousque tetenderit Jurisprudentia sine arte, de qua supra c. i. Nec infitetur, Carolina illa vetera instituta fortassis non ubivis nec omnia manasse in populi manibus; pleraque tamen, vt cunque habuerint, non nisi ex conservudine secundum solam boni & æqui artem ut desinerentur, prorsus necesse fuisse, ob dictam legum scriptarum paucitatem, qua quidem natura sicut in characteriis rebus contenta sit, si referatur ad negotiorum noviter emergentium multitudinem, simul ac tibi persuasum fuerit omnium mores, ut fieri assulet a prisca vivendi simplicitate multum jam degenerare potuisse, succrescente hinc negotiorum, illinc litium majore copia, aut dirimendi difficultate.

§. 20.

Ais; esset tamen non nulla quæ mores cuiuslibet populi spectent, istis legum capitibus perscriptis admixta. Sunt sane; sed admodum pauca, quæ non nisi circa poenas dictandas occupantur, si quid præterea adjectit Carolingorum, ad exemplum anteriorum Regum Francorum, diligentia, hoc alium prorsus in finem factum esse puta-

putamus, quo obtento de juribus & consuetudinibus privatis iidem parum solliciti fuerunt, illud omne relinquentes curæ judicum atque judiciorum cuiusvis provinciæ, quamobrem Missis Regiis atque Comitibus sedulo inculcabant, ut meliores quique scabini & judices eligerentur, qui buscum justitiam populo administrarent.

§. 21.

Non est sane ideo, quod LL. patriis a Carolo M. ad finem stirpis ejus lati in Germania, nec non Capitulariis Regum succedentium & si quas alias novas dederunt illi, hic immoremur diutius, vt manifestum fiat easdem toto illo tempore, imo vñterius adhuc sanctas Germanis fuisse neque cum iure Romano tam cito commutatas, vt hæ ipsæ gentes Germanicæ potius sub Saxonice Imp. legibus patriis vivere desierint neutquam.

§. 22.

Enimvero quod Franci juris Romani usum iis quodammodo concederent, qui illi jam antea asverant, ad Germanos transferre inconcinne foret, quippe quos nunquam Romani in provinciæ formam redegerant, quare hujus juris usum tum profecto nec desiderarunt, nec habuerunt. Ipsi videant ubi fidem inveniant, qui laxius tradunt, fontes capitularium de quibus modo diximus, fuisse legem Romanam, quæ omnium humanarum mater dicatur.

§. 23.

Lætor autem viros doctos, qui juris Romani vestigia apud Germanos circa tempora Imperato-



rum Franconicorum anxie quævisse sibimet videbantur, fateri necesse habuisse, quod nec volo nec vestigium adparuerit vsipiam, præterquam quod Reges & Imperatores eo vterentur quoties Italos, & maxime Longobardis leges præscriberent; vnde facile cognoscas eadem omnia, quæ inter privatos adhuc pollebant durante stirpe Carolingica, ab hac extinta vsque ad Saxonice familiæ interitum, imo vsque ad Lotharii III. Imp. tempora obtinuisse in judiciis. (*)

(*) Et qui poterant alia Regni Germanici judicia evadere publica? cum non legamus omni illa ætate in iisdem sententiam dixisse homines literatos; sed vel ipsum Regem aut Principem, neque hos tam literis imbutos quam morum & solius æqui gnaros. Nec historia novit ad privata judicia leculos scabinos aut judges doctrina præstantes; tales enim vnde, aut quibus ex seminariis sumissent? sed quorum plerique & legendi & scribendi erant imperiti, quos tamen senilis prudentia commendaret, juxta expertam justitiam ac pietatem.

§: 24.

Non me fugit, juris scientiam & leges imprimis scriptas aliquando easdem vicissitudines experiri, ut quædam mutari contigerit; sic extincta stirpe, imo occidente jam imperio Carolingorum exolescere cœpit Capitularium auctoritas. Saxones deinde non tam novum inchoare, quam potius vetus Francorum regnum continuare maluisse videbantur. Ita factum fuit, ut contentiones de potestate publica s. sacra, sive civili ad causas pri-

va-

yatas vix penetrarent, sed Germani a Conrado I. ad seculum vsque XIII. denuo legibus non scriptis fere vterentur, sic vt ex moribus receptis illarum decisionem repetere necesse fuerit semper.

§. 25. de L. Ottonis M.

Quæ igitur circumferuntur in Comitiis Westphalæ lata a. 942. atque aliis Ottonum II. & III. it. Henrici II. aut pertinent ad decisionem causæ cuiusdam singularis judicio duellico terminatæ; aut sunt dubiæ & suspectæ, si non dudum rejectæ prorsus. Constitutiones porto Franconicorum & Svevicorum, vsque ad Fridericum II. concernunt vel statum imperii publicum, vel Clientelas, vel solos Italos. Iudiciorum interim veterum particularium mores observarunt magis, quam literis consignarunt. (*)

(*) Si quid igitur artis fuisse existimes, qua primum Jurisprudentia Germanica dici quiverit veluti infecta, illud profecto putandum est spectare ad artes non civiles, sed bellicas. Hinc nimurum ortum trahit jus quod vocant manuarium, Faust und Kolben Recht, cui affine fuit istud diffidationum. Quod vtrumque hodie male audiat, cum olim non sic esset, effectis potissimum in forum introducta, quæ dicitur purgatio Canonica; deinde etiam mutata admodum totius reip. atque in hac nescio an multum serenior aut latabilior facies justitiae facienda, sublata demum Imperatorum Ordinumque Constitutionibus severissimis omni monomachia, stabilitaque imperii pace publica, dem Königl. Land Frieden, a Maximiliano I. communis certe Procerum consensu. vid. tamen Glaser. im Recht der Vernunft. L. I. c. 8. §. 39.

p. 380. seq. et cons. Hauschild Gerichts Ver-
fassung der Deutschen in Wettiner Zeiten per tot.

§. 26.

Private nonnullorum industrie tribuendura
est, si consuetudines provinciis communes sec. XII.
colligerentur, quod recte confirmatur de Speculis,
tum Saxonico, tum Svecico, jure item Franconi-
co, quod dicebatur das Kaiser Recht, nec non
Bavarico; quas leges provinciales, si quis existimet
pro partibus habere, quæ totum jus Germanicum
privatum confecerint, is profecto non levem ejus
quod res est, ignorationem proderet.

§. 27.

Egregiam interim ex utroque Speculo usus
forensis & morum fere per universam Germa-
niā animadvertisimus conspirationem, qua sensim
in alias provincias eosdem transiisse negari ne-
quit. Plenæ tamen fuerunt hæ ipse provinciæ ju-
rium singularium, quæ ad judicia in partibus qui-
buscunque pertinerent, vel scripta, vel usu ser-
vata aut consuetudine. In quibus præter istos
leges provinciales haud minima pars juris Germa-
nicæ privati constituit.

§. 28.

Hæ quippe sunt istæ & Curiarum & Curtium
consuetudines feudales tanquam in rem scriptæ,
& Jura Weiehbildica, potestati privatæ magis,
quam publicæ in personas explicandæ accommoda-
tæ, successu temporis in scripturam passim redactæ,
aliando etiam aut ab ipsis Imperatoribus aut
Ducibus imperique Statibus confirmatae, postea-
quam

quam hi sensim jure hereditario sibi vindicarunt,
quæ sub Carolingicis tantum a nutu Imperatorum
pependerant.

§. 29.

Certissime nobis persuasum est, a temporibus Friederici II. ad Maximilianum aliquid actum esse quo LL. & consuetudines Germanorum privatæ frequentius iterum scribi, scriptasque in posteros transferri coeperint. Quid istuc? Erant aut sanctiones Imperatorum eorundemve Constitutiones & privilegia, aut Statuum institutæ Ordinationes. Illæ tangebant vel statum ecclesiasticum, vel imperii publicum & pacis tutelam, quod invalescentibus indies jure manuario & diffidationibus, summanam imis commisceri periculum fieret. (*)

(*) Juris istius Germanorum manuarii, quod referabant ad judicia non humana, sed divina prorsus, historia implet Brunqu. totum cap. 5. P. IV. H. I. p. 610. sqq. vbi post Taciti de Mor. Germ. c. 14. & L. 15. Annal. cap. 1. indolis admodum bellicæ testimonium appellat Senecam quoque de ira L. 1. c. 11. qui fere mirabundus exclamat: *Quid Germanis animosius, quid armorum cupidius, quibus innascuntur innutriunturque, quorum una illis cura est, alia negligentibus?* Non im vero ut majoribus nostris ob id gravior invidia creetur, quam fortassis facto ipso meruerint, aut propterca illi pro barbaris habeantur.

§. 30.

Hinc maxime usus iudiciorum in Germania frequentior atque insignis tributa auctoritas non modo criminalibus, quæ inter eminebat Sec. XIV.

West.

Westphalicum s. Vehmicum. sed civilibus etiam civitatum, tam Imperialium, quam municipali- um, quarum nonnullæ tantum sibi judicum & sca- binorum integritate jurisdicundi famam confece- runt, quemadmodum LL. & consuetudines earun- dem usque eo se commendarunt aliis, ut in causis arduis & difficilibus ad judicia isthæc, tanquam ad commune legum oraculum sciscitatum iretur a vicinis, ad eaque veluti Curias prudentia superio- res provocaretur. (*)

(*) Scabinatus Magdeburgici, ejusdemque, ut puto Hallensis antiquitatem, qua si non ultra, ad Sec. XII. saltim adscendat pluribus argumentis asser- tum vix ivit quisquam Io. Mart. Silberradio in annot. (d) ad B. Heinecii Histor. Jur. Civil. p. 962. sqq. provocans ibidem ad Hofmannum, qui optimas rationes sibi reddere visus fuerit magna, qua hoc judicium gavisum sit auctoritatis.

§. 31.

Cujuscunque autem generis fuerint ista veter- rum Germanorum judicia in partibus suis (nequo enim fuerunt sane unius & ejusdem, sed alia per agros habita, tum provincialia, Landgerichte, tum reliqua particularia quorum supersunt hodie- que vestigia,) quam diu hæc usum atque au- toritatem pristinam conservarunt, quæ ad finem usque sec. XV. adhuc erat maxima, tamdiu quo- que jura peregrina eorumque Glossatores Itali publice parum profecerunt, utcunque contenden- t per cuniculos quasi.

§. 32.



§. 32.

Negare equidem nolim, seculis jam XIII. passim ap. Germanos quoque mentionem fieri Juris & Canonici & civilis, indicio usum istius forensem, qui in judicia Statuum ecclesiasticorum primum irrepserat, in reliqua sensim pertransisse; hujus autem doctrinalem qui dicitur, ac privatum Sec. XIII & XIV. impari tamen passu in forum se insinuasse tantum non ubiuis, sine tamen auctoritate publica ac receptione legali.

§. 33.

Quibus autem deinde viis tam altas radices agere in Germania potuerint ista jura peregrina, & illud præcipue, quod Iustiniano Imp. Auctore in Oriente renatum fuerat & Romæ si non enutritum, spe minimum lactatum, postea per Germanorum ad Academias Italicas facta itinera excitatum roboratumque indies victu, quem præberent institutæ in ipsa Germania Academiæ, promotum denique receptis in Aulas Principum Ictis Italisi, tandem consummatum suique juris factum honore & dignitate Doctorum Juris civilis stipatum, clarius in sequentibus animo comprehendere licebit, si viderimus ante Canonici initia & progressus quos ibidem facere tentavit. (*)

(*) Quod attinet originem ac progressum Juris Canonici, quod in fora Germaniæ se insinuaverat diu ante, quam de receptione publica s. Romani, s. cuiuscunque alterius peregrini cogitatum fuit, nobis licuit certe hic esse brevioribus, quod etiam ea in re fecisset B. Thomasius in Cautelis circa Præcogn. Jurispr. Ecclesiast. a cap. XIX. usque



usque ad finem. Quia vero ea ipsa Canonica legislatio a Pontifice atque Sede Rom. teitata latetras habet non unas ac tot fere fulmina in jus patrum vibrata, quot verba, satis hoc testatum facientibus Sec. XII. ortis inter Gibellinos atque Guelfos factionibus & turbis, earundemque propagine Legistarum ac Decretistarum Sectis, operæ pretium fuit utique ut Vir ad detergendarum a bonis litteris superstitionis maculam natus, totam Histor. Eccles. & cautelas circa eandem præmitteret. Ego vero, qui parum curo odiofas istas suspicioneas quas novi quorundam animos saucios infedisse, ut putarint illum in retegendiis Aulae Romanæ, imo Cleri, nefcio an totius artibus fuisse nimium, aliis suasor fuerim, vt tantum fidei eorum qui citantur statim §. I. d. c. 18. Ioh. Strauchii, Casp. Ziegleri, & Gebh. Theod. Meieri nihil detractum cupiant.

§. 34.

Scire itaque oportet, ejus auctoritatem regnibus adhuc ex Saxonum stirpe Imperatoribus paulatim permagnam esse coepisse, cum ipsa Pontificatus adversus Imperium summa contentione, quoniam paullo ante haec tempora circa a. 906. Regino Prumiensis in regno Lotharingico jussu Ratbodi Archiepiscopi Trevirense de disciplina ecclesiastica libros ex Canonibus antiquis decretisque Pontificum compilaverat.

§. 35.

Quæ rerum facies intuitu potestatis sacræ in Orientali imperio fuerit non tantum a Constantino M. ad Iustinianum, sed & ab hoc ad Carolum M, imo hujus etiam stirpe deficiente usque ad Otto-

Ottonem III. Imp. dicere nihil attinet. Etsi enim in Occidente prioribus Epochis ab ipsis reip. conditoribus non satis providis jaesta jam essent fundamenta summæ istius, quæ Romæ postea invauit potestatis, circa initium Sec. VII. Quam diu tamen Roma Imperatores agnoscetabat dominos, nondum Pontifices conati sunt Leges eorundem intervertere, satius esse rati, si quid minus arrisifset, hoc callidissimis consiliis eludere, id negotium tamen minime tangere nostram patriam visum est.

§. 36.

Cum autem sedi Romanæ spes omnis sub jugum mittendi Ecclesiam Orientalem de collasset; eo magis affectabant iterum Pontifices summam in Ecclesiæ occidentales potestatem, potentia & autoritate Majestatis Imperatoriae haud parum jam imminuta, quam tamen eripere nondum ausi sunt totam. Quid? quod invalesce temporum infelicitate ac Litterarum barbarie Collectiones Canonum novæ quieverunt.

§. 37.

Sub initium itaque Sec. XI. præeuntem Pseudo-**I**sidorum, cuius Decretales supposititias Curia Romana, ut fecerat ante nunc non tantum fovit, sed ecclesiæ obtrusit, quod plerique in tanta omnium stupiditate sibi facile imponi paterentur, secuti, certatim iterum animum applicuerunt ad edendas collectiones Canonum & Decretalium, & primum Burchardus spissum eorum volumen confarinavit & deinde plures alii,

§. 38.

§. 38.

Quo inquinatior autem ille Centone suo incederet, hoc magis curæ fuit Damaso, Veteri I. Can. doctori, ejusque æmulis scriptis Brocardicis ut vsu vberior, specie ornatior sic procederet, veluti per regulas omni exceptione majores, quaque forum libentius acciperet. Neque mirandum valde est potestatem secularem publicam, post tot contentiones cum vix haberet aliud, quod opponeret, præter Ius antiquum Romanum, his telis vti quidem initio decrevisse, at succubuisse etiam res privatæ contra omni nisu pugnarunt & quam possent steterunt, oppositis LL. patriis Saxonum, Alamannorum, Bajuvariorum. (*)

(*) Feliciorem quis esse dubitet tuioremque ab illis insidiis nostram ætatem tum maxime, si toto animo teneat; Jus Canonum, quantumcunque sit, esse Codicem LL. ab Episcopis eum insinuem conditarum, ut Christiani ad vitam piam & sanctam, & ad verum de divinitate sensum promoverentur, sed eo tamen modo, quo astutiores facile abuti possent, ut sub specie singularis probitatis & Zeli divini tyramnidem & absolutam potestatem in conscientias laicorum acquirerent, & imperium Civile sacerdotio subjicerent, quæ definitio est B. Thomasi, d. c. Præcogn. Jurisprud. Ecclesiast. §. 29.

§. 39.

Id ipsum quoque in causa, nisi fallunt omnia, fuit, condendarum eo temporis intervallo ab Imperatoribus & Regibus novarum LL. (modo non ea ad Italiam potius regnum pertinebant, quam ad Ger-

Germaniam) & quas suscepérunt iidem Expeditio-
nes Romanas. Minime vero placet nobis hic
compilare scrinia Goldasti, quem pauci credunt
satis genuina a falsis distinxisse, virum ceteroquin
diligentissimum. Et fortassis plus juvat tacere i fe-
rale illud inrer Gregorium VII. P. P. & Henri-
cum IV. Imp. certamen, quam facere ut vulnus
recrudeſcat.

§. 40.

Non ignarus sum fabulæ, quæ circumfertur
de I. Romano jussu Lotharii Imp. in foris & Aca-
demiis recepto: Agnoscunt post eam ab Herm.
Conringio fœdulo profligatam, aliqui viri non in-
docti quidem illi, a superstitione tamen non o-
mnino vacui, ab eo tempore in universam fere
Europam cultiorem jus Romanum, veluti in An-
gliam, Galliam, Burgundiam, Hispaniam pene-
trasse. Vtrum & Germanis, nisi quod tardius,
& quando demum sic arriferit, vt cum plausu
vbique receptum fuerit? hoc est de quo in hanc
diem disputant & in partes eunt diversas.

§. 41.

Nam & in ea, inquit aliqui legum Dd.
& jurisperiti, ad summas in ecclesia, aulis & foris
dignitates adspirabant; quin Imperatores ac Reges
ipſi, quod vtique credibile est, a Pontificibus Ro-
manis exagitati, favebant ICtis, in quibus sibi haut
parum praesidii positum existimabant aut adversus
istorum injurias, aliaque noxia consilia horum
qui sui commodi causa Jus Canonicum obtrude-
bant regnis ac rebus Christianis, non felicius tur-

(Reineccii Hist. Jur.) K bari

bari posse, quam si iura Romana civilia in foris ac
gymnasiis dominarentur.

§. 42.

Tribuunt quippe gliscenti juris Romani usui,
quod Decretum, seu Concordiam discordantium
canonum circa a. 1152. ex Isidoro & reliquis di-
ectorum canonum collectoribus compilaverit Gra-
tianus, cui Corpori postea accessere variae additio-
nes, quae *Paleæ Canonistæ* vocantur, diversis
temporibus primum exemplarium adscriptæ mar-
ginibus, postea in ipsum textum migraverint.

§. 43.

Irritus fuerat aliquamdiu Pontificum tantus
conatus, qui privato monachi opere neque eo ju-
dicio aut cura confecto, ut nomen quod præ se fer-
ret, sine rubore sustineat, quidquam concede-
rent, quo tanquam hospes ab omnibus gentibus re-
cipieretur: quum tot experimentis moniti Reges &
Principes non possent non subolfacere, quid ea
legislatione æmula adfectet Aula Romana. Ma-
luerunt itaque juris Justiniane studia evehere,
quam collum submittere duriori Pontificis Ro-
mani jugo. (*)

(*) Neque enim non poterat non tendere ad am-
plificandam sacerdotii potestatem, minuendum
que Imperii Civilis auctoritatem, quod absque
rubore proferebant: *canones plus valere quam le-
ges*, tum maxime, cum transferrentur ista ad
quascunque lites omnemque fori disputationem
sic ordinandam & dirigendam, ut vix relinque-
rentur nomina aut natura personis attribuenda.

v. d. Præcogn. c. 19. §. 28. §. 44.

§. 44.

Sic siebat equidem, ut Sec. XII. multoque magis insequente in Germania passim provocetur ad jus Civile Justinianeum, quamvis securus esset in Episcoporum Curiis, vbi Decreto magis locus, & jus Canonicum non exigui usus haberetur. Singulæ denique si inquirantur & colligantur ex variis diplomatibus & scriptoribus rerum Germanicarum formulæ, nihil reliquum feceris, quod constet, præter id, quod Germani Sec. XII. cautores facti suo malo actus civiles ad utriusque iuris normam componere didicerint.

§. 45.

At, quam parum est velle si re non potiari? quod vix licuit isto tempore & his seculis, quibus quo magis seruebant juris civilis studia, eo magis de ecclesiastici incrementis sollicitus erat Pontifex Romanus. Scilicet, quas clam adhuc habuerant & in Commentarios suos retulerant decretales, has post varias collectiones Isidori Mercatoris & alias Gregorius PP. circa an. 1230 per Raymundi pennam fortè in quinque Libros partitas publicavit, cui Bonifacius Papa VII. adjecto L. 6. in totidem volumina diviso, atque cum superioribus in foro & Academias introduci præcepit. (*)

(*) Quod observatum fuit aliquando ab historicis in Regibus exteris illos non tantum apud se constituisse in secreto, ut ex LL. suis fructus perciperent non minores ad colligendas pecunias, quam ad corrigendos mores, inque eum finem istas in



majus accumulasse, imo audentiores factos nihil timuisse, quo minus cœlum ad terram nimis incurvarent & religionem rationibus politicis, id omne crederem illos debere inventis cleri Papalis ejusque præuentis exemplis.

§. 46.

Accesserunt denique iis Sec. sequ. an. 13. Clementinarum Libri V. Extravagantes tum Iohannis, tum communes exeunte Sec. XV. collectæ. Neque tamen sic res confecta erat, vt nuncium juribus patriis mitterent Germani hoc hospite admissio. Juribus peregrinis vt tanquam illorum supplemento innoxium videbatur, at non cautio satis tuta si non malum qualecunque foret cum ratione declinarent. Erant attamen qui ægre ferrent, adsutis hisce juri Germanico Iaciniis deturpari illud crederent, cui conservando integro nitidoque omniope elaborarent.

§. 47.

Non tantum ipsi Reges Germaniaeque Ordines leges veteres in usum revocare, consuetudinesque litteris mandare, subinde novas condere, quibus obicem aliquo modo ponerent istis peregrinis sibi nimium suspectis, non semel his seculis publica lege caverent, vt juri antiquo patrio sua constaret auctoritas. Tales se gesserunt impensis Otto IV. atque Rudolphus Habsburgicus.

§. 48.

Quem latent Imperatorum & Ordinum novæ LL. conditæ? quis nescit jura patria in scripturam redacta? Neque ignoramus hodie, quod Speculum

Sax-

Saxonicum attinet, vel auctorem vel ætatem. Quem offendunt plures etiam maculæ, nugas, næniæ, & si quid aliud est multorum nævorum? Quin imo rectius nostro judicio is philosopharetur, narraret, jura publica exponeret, si non plerasque ignoratio illarum rerum & vocabula mutata recentiori ævo, fecissent illas litigiosas.

§. 49.

Fatendum est sane Repkovium laudabili industria collegisse juris patrii per universam Germaniam inferiorem recepti reliquias: condonandum industriæ ipsius, quod ætati qua vixit non prorsus indignum, in quibus nævis fortassis hic maximus videri poteraf, quod ex jure Canonico & civili Romano quedam immiscuerit non toleranda, etsi Germanis cognita.

§. 50.

Si quidquam præterea laudi hujus Speculi, cui adjectum jus Feudale atque Weichbildicum, non dandum putes, hæc laus existimationem augere debebat, quod minime omnium placeret Pontifici, adeo ut articulos non paucos ejus damnaret Gregorius Papa XI. an. 1371. & post hunc Eugenius IV. Sed accipiebant tamen tanto plausu per Archiepiscopatum Magdeburgicum & terras Anhaltinas, per Misniam quoque & Thuringiam, Marchiam Brandenburgicam, Lusatiam, Bohemiā, Silesiam, Ducatum Mecklenburgicum, Holsatiā, terras Brunsuicenses, quin & Borussia, Poloniā, Daniam, Transylvaniā, ut
veluti



veluti harum aliarumque plurimarum gentium jus
commune haberetur. (*)

(*) Qui velit sciptores Sec. XII. & XIII. conferre
non adeo multa reperiet, quæ ad naturam, in-
dolem atque statum LL. Germanicarum a Sec. X.
usque ad famosas Speculi Saxon. & Suevici Col-
lectiones pertineant, præter ea quæ faciunt magis
ad negotia publica explicanda, quam privata,
cum interim patria nostra gubernaretur non LL.
Scriptis, sed moribus suis ac consuetudine, si
non hæc a potestate sacra, h. e. Episcopali, de qua
dictum fuit ante, vim pateretur. De ipsis vero
speculis & imprimis Saxonico, ex quo posterius
fere descriptum putatur, qui cupiat plura, is ad
deligendum, quæ potissimum sibi sint placitura,
adeat Brunquell ante cit. P. IV. H. I. c. 9. Idem
fundus præstabit messem satis copiosam capp.
seqq. 7. & 8. iis qui laborant ex desiderio ube-
rioris notitiae jurium, quibus Germanicæ Civita-
tes passim vtuntur statutariis aut provincialibus.
Neque enim faciunt omnino ad præsens argu-
mentum, quæ sunt singulariter in locis nonnullis
præter consuetudines communes accepta, nisi
quod sæpe facta fuerint quasi tralatitia, pro ut
alia ex aliis aut defumta esse constet, aut inferire
possint iisdem vel interpretandis vel supplendis in
his partibus, quibus deficere existimabuntur.

§. 51.

Eodem exemplo conditum est Suevicum me-
dio circiter Sec. XIII. Saxonico multo recentius,
de quo, & eidem junctis accessionibus itemque
editionibus ut siimus prolixiores, hic opus non est.
Ac fere iisdem temporibus gnaviter hoc egerunt
singulæ Germaniæ provinciæ, vt leges ac con-
suetudines

suetudines suas in scripturam redigerent; quo pertinent Jura, Austriacum, Bavanicum, reliqua, ne quid dicam de exteris gentibus, harum LL. ac consuetudinum ob communem originem servantioribus, & carentibus pari negotio, ne a Jure aut Romano aut Canonico oblitterentur & in exemplum agerentur.

§. II. 52.

Civitates quoque præcipue, in quibus non essent scabini nisi juris patrii periti magnaue auctoritate pollebant, manibus pedibusque enixe omnia agere, ne jura peregrina intra moenia sua reciperentur. Satis est si verbo moneamus uno de statutis Susatensibus, Juribusque Lubecensi, Hamburgensi, Culmensi, Aquisgranensi, & Coloniensi, nec non aliarum urbium paulo antiquioribus quorsum referunt Jus Wisbycense vrbibus Hanseaticis in rebus nauticis familiare.

§. III. 53.

Metum fuit sic tradere, quid Germanis tot iuribus provincialibus ac statutis in scripturam redactis confidere in mentem venerit? Utrum vero aut quousque consecuti sint eum finem ne jus Romanum & Canonicum nulla in Germania ceperit incrementa, an magis magisque hoc quotidie invaliduerit & ab eo maxime tempore, quo Academix supremaque Imperii Iudicia institui coeperunt, tantum auctoritatis consequutum sit, ut paulatim pro jure communi habitum, judiciisque pro norma commendatum fuerit? hoc sequenti capite distinctius ostendendum erit.



CAP. VII.

**Historia Juris Germanici, quo nunc
vtimur vario ac mixto, vt fere nullum sit vel
auctoritate, vel vsu magis dubium aut
incertum, (*)]**

(*) Sicut in Rep. posteaquam ex moribus vitium
contraxit, perinde non est; vtrum LL. habeat scri-
ptas, quoniam? aut quales? ita præstat omnino
eas esse certas, ne liceat hominibus in malitiam
pronis hinc vel illine cum noxa aliorum appellere.
De LL. autem certitudine, acri subtilique inge-
nio judicasse arbitror Fr. Bac. de Verulam. in Ser-
mon. fidel. p. m. 346. seq. ubi hanc dignitatem
earum primam esse contendit, atque admonitione
præposita, quod sit vis quædam legem simulans,
& lex non nonnulla, quæ magis vim sapiat, quam
æquitatem juris, hinc derivat triplicem injustitiae
fontem, quo sic legum leges dictare instituat, per-
spicua demonstratione, legis tantum interesse. ut
certa sit, vt absque hoc nec justa esse possit. Quo-
niam vero prudentia humanae angustia casus om-
nes, quos tempus reperit, vix capiat, non raro
occurere deinceps omissos & novos, vt totidem
remedii opus sit ad supplendum, vel procedendo
ad similia, vel exemplis vtendo, licet in legem
nondum coaluerint, vel denique judicis officio
quid relinquendo, qui boni viri arbitrio & secun-
dum sanam rationem statuat. Obscuritas vero ju-
rium ex ejusdem sententia a nulla re magis origi-
nem dicit, quam ab accumulatione LL. nimia,
qua secundum oraculum divinum veluti p'uant
super populos laquei. Neque enim pejores laque-
os, inquit cogitari posse, quam LL. tantam co-
piam, quæ numero careat, earum maxime, quæ

tem-



temporis decursu inviles evadant, atque interea non lumen pedibus præbeant, sed retia potius objiciant.

§. 1.

Quum ordo tandem nunc tangat eum juris Germanici statum, qui fuit a conditis intra patriæ fines Academiis ad nostra usque tempora, utque caveamus, quod Jurisprudentiae fatæ enarraturis multoties accidisse meminimus, nē maxima de nihilo nascatur historia, sic constitutum est nobis, omissis cæteris, quam docte aut prolixa oratione ea perseguiri licuisset, duo tantum hoc capite fore inprimis expedienda.

§. 2.

Unum est, quousque tandem jurium peregrinorum sive usum sive abusum patuisse manifestum fiat? alterum, qualis demum usus tam fuerit & constans, & patriis moribus congruus, tamque legitimus, qui jure suo retineri mereatur? quo minus illi aut prorsus convellantur inque exsiliū agantur. (*)

(*) Sic nulli dubitationi locus relinquitur, quod gentes Germaniae, posteaquam ad leges scribendas animum majori studio appellere cœperint, Italicorum in primis imitatione aut emulatione, mox circa Sec. XII. initia Jus Pontificum quoque in Germania in usu fuisse, editis a. 1239. circiter a Gregorio IX. suis Decretalibus, quas ubivis mandarat observari, neque cessavit Joh. Semper Teutonicis vulgo dictus in Decretum glossas confacere, a. 1245. mortuus. Quin imo publico



Ordinum Imperii Germanici decreto a. 1236.
 Friederico II. Cæsare cautum videri, ut secundum
 jus Pontificum judicentur non solum res spiritua-
 les, sed quoque in negotiis secularibus ejus ma-
 gna beat esse autoritas. Quantam vero ista
 Jur. Cap. introductio superstitionis pestem ac fi-
 nali juri Germanico mutationem attulerit, facile
 perspicias ex ipsis querelis, quæ hodienum durant.
 Istud nimirum Canorum studium multum ab an-
 tiquis LL. Ecclesiasticis eo usque visitatis recede-
 re, Pontificis dominatum clericu dignitatem in
 immensum efferre, novum & longum judiciorum
 modum & ordinem, comperenditionum & pro-
 crastinationum uerem campum, pro simplici
 majorum juridica Processus formula, obtrudere,
 multitudine, varietate & Obscuritate LL. & clero
 & aliis crucem figere, superstitionis hominum
 animos in rem armare, clerum populumque per-
 petuo collidere, denique LL. Germaniam reple-
 re, argento emungere.

§. 3.

Quam quippe nusquam lex alia Imperii nostri
 præ se tulit, eam tamen usum vocabulorum, ve-
 luti signorum, si in rem præsentem transferan-
 tur, non minus atque per eundem ipsas artes ali-
 quo modo depravatas non raro tyrannidem exer-
 cere, ut ideo libertati valde iniquæ existant, quis
 recta ratione præditus, ibit inficias?

§. 4.

His viis nimirum vagati sunt aliquando, &
 fere omnibus ætatibus, qui ita animati essent, ut
 nihil non agerent quod faceret ad incidentos hu-
 manæ societatis nervos omnes; ad tollenda con-
 jugii

jugii, hereditatumque jura, ad dominii distinctionem, & possessionis vim potestatemque evertendam, ad magistratum, legum, judiciorum ordinem perturbandum, & quæ furorum id genus sunt alia.

§. 5.

Scimus sane, simulac in Germania institui Academias coeperunt, praeter Theologos, Medicos, & Philosophos, etiam juris utriusque *civili* & *canonici* Professores publica auctoritate esse constitutos; quoniam Germani in condendis Academias ea in re Italorum & Gallorum instituta sunt imitati, a quibus etiam primos doctores ut accepterint, necesse est.

§. 6.

Non demum sec. XV. sed integro seculo prius Germaniam Academias habere coepisse, atque statim in iisdem Facultatem juridicam institutam fuisse, comprobant exemplo Viennensis, Erfordiensis, Heidelbergensis atque Ingolstadiensis ac Pontificum privilegiis a. 1364. 1386. 1388. 1477. iisdem indulitis; nisi quod Heidelbergæ initio tantum tres Dd. juris Canonici docuisse elegantur, nullumque per totum sec. XIV. ibi fuisse Professorem juris civilis, memoriae proditum sit.

§. 7.

Hinc effici putant, quod fieri non potuerit, quin seculo sequente jam ubique magnus esset Dd. in utroque jure proventus, qui in Principum palatiis curiisque & judiciis illustrioribus ubique regnarent, causasque decidendas ad iurium pere-

gri-



grinorum illorum principia flecterent, & omnem
denique moverent lapidem, ut jus patrium magis
magisque supprimeretur; quamvis fateantur, quod
Friedericus M. Imp. mediocriter dilexerit juris-
peritos, quod intelligeret juris æquitatem ab iis
inverti, justiamque foedari.

§. 8.

Imperatores imitari Principes Ordinesque Im-
peri & ipsos maximi facere JCTos eorumque con-
silio & opera vti, tum in administranda rep. tum
in jure dicendo. Impetratam a Sigismundo Saxo-
niam dignitatemque Electoralem acceptam ferre
Friedericum Marchionem Misniae Jac. Radewi-
tio, ordinis Juridici in Acad. Lipsiensi præsidi,
cujus in Aula Saxonica magni tum fierent consilia.

§. 9.

Alii eo tempore hujus Ordinis Comitiis Impe-
rii tanquam Legatos interesse nomine summo-
rum Principum aliorumque Ordinum: in civitati-
bus autem quibusdam præcipuis jurium Doctores
syndicorem & consiliariorum officio fungi. Tales
fuisse Petrum Ravennatem filiumque Valentimum,
Joh. Gemminger, Joh. de Weisbach, Gregorium
Heimburg, Herm. von Orbe. Præterea dignos
haberi qui ad Canonicatus admitterentur.

§. 10.

Imperatores & Ordines, si quas darent leges,
eas ad juris vtriusque placita quam fieri posset,
attemperare, quin & jura illa vt in judicij ac fo-
ris serventur, lege publica jubere. At Ordines
Imperi, quum animadverterent demum hoc sec-

prin-

principes, quanta strages immineat juri patrio, sub eodem Friderico II. a. 1441. id egerunt pro-
be, vt lex publica de doctoribus juris plane abo-
lendis in Germania promulgaretur.

§. 11.

Meretur vtique legi Reformatio in Comitiis
Moguntinis proposita, Art. V. & quæ sequuntur
in ista declaratione satis dura, quæ sic mordisse
arbitrantur Petr. de Andlo ejus ætatis Jctum, vt
scriberet: Leges Romanas nostra Alemannia proh-
dolor! in sua despicit insipientia.

§. 12.

Fatendum sane est eventu caruisse illud consi-
lium, quod fortassis nec pluribus arrideret. Sal-
tem neque perlatam esse illam legem, neque vnu-
quam executioni mandatam. Mansisse igitur glo-
riantur juri peregrino suum honorem, & magis
magisque increscere coepisse Jctorum in Germa-
nia auctoritatem. (*)

(*) Permirum sane illud accidisse Germaniae videi
poterat, vt nulla vi cogente, studiis tantum priva-
tis jura peregrina Sec. XV. & circiter duobus ante
in Scholas & fora ibi introducerentur, & tan-
quam ad arbitrium comparata sic acciperentur.
At cogitandum est, crescente hominum malitia,
(imo & superstitione) cum is, qui injuriam fa-
ciat, re utilitatem aut voluptatem capiat, exem-
pli periculum, cæteri utilitatis aut voluptatis il-
lius participes non sint, sed exemplum ad se per-
tinere perspiciant, eos haud difficiles esse solere,
quo minus in consensum coeant, vt caveatur sibi
per LL., ne injuria per vices ad singulos redeat.

§. 13.



§. 13.

Poterat utique manere, si convalesceret quæ pessum iverat sic, ut tam exigua mundus regeretur sapientia: quod admodum rari essent inter doctissimos homines qui se magnos in rep. viros præstarent, multumque cederent in ea versatis mediocreiter doctis. Quem tandem præscriberent Optimates modum vel imperandi vel optemperandi his, qui nunquam paruerint modeste, aut digni ob id viderentur qui aliquando imperent & regno forensi potirentur ipsi soli.

§. 14.

Sub finem sec. IV. & proxime insequente controversia quæ tantos motus excitaverat, sapiente temperatione fuit composita; modo extitissent qui imperii leges non verbottenus tenenerent, sed toto animo vim ac potestatem earum comprehendenderent. Nempe Jus Romanum non quidem majorum nostrorum placitis, sed Decretis Pontificum adversum, tanquam norma esse his LL. jubetur. Eundem in modum ipsas Constitutiones atque Recessus Imperii qui tum prodierunt, fere in plerisque ad Juris Romani normam accommodari annimadvertisimus.

§. 15.

Qui secus interpretantur aut judicant de mente LL. imperii sub Maximiliano I. latarum, & imprimis Ordinat. jud. Cam. 1507. atque Const. de Notariis, nec non Caroli V. Constitutiones atque Recessus Imperii tum editos, illos jubeo esse magis attentos ad ipsam rem, de qua quælibet præcipi-

elpiat, nec reperiet quidquam quod faveat juri
Canonico, idque receptum cupiat in Imperio pro
communi juxta Romanum.

§. 16.

De LL. antem patriis vel sola consuetudine
firmatis, semper simul cautum est satis, ne foris
extores ideo fierent, quippe quæ in universum
nominatum & excipiuntur & confirmantur in di-
ctis Constitutionibus. Quin eo factum est, ut si
quando juris Romani usum Ordines, sibi paulo
importunius obrudi crederent, hi interpositis pro-
testationibus jura patria salva sibi esse cuperent.

§. 17.

Quod si eadem juris facies fuit & sub Ferdi-
nando I. omnibusque insequentibus Imperatori-
bus, (fuisse autem pro certo habeo,) qui potuit
Camerale judicium, deficiensibus LL. & Consti-
tutionibus patriis non jus commune sequi, prout
eidem et postea judicio Aulico fuit injunctum præ-
scriptumque ab Imperatoribus? Invaluerit itaque
magis magisque Ejusdem auctoritas, stetit tamen
imo prævaluat omni ævo, quod juribus ac consue-
tudinibus patriis ratum esset.

§. 18.

Eo modo quod Recessus Imperii, quoties
de jure privato vel modo forensi aliquid fiant,
sere semper juri Romano suffragentur, quid mi-
rum est? De Canonico autem idem confirmare
nolim equidem, nisi hoc demonstretur argumentis
magis idoneis, qualia esse haud agnoscō quæ vul-

garis-



gariter eam in rem efferri solent ex Ord. Jud. Aul. de a. 1654. Tit. VII, 4. & in fin. d. t. §. 24.
§. 19.

Dicant aliqui, Frisiā bellis & turbis civilibus concussam, et procaci licentia pejorem factam, ut nihil juris legumque patriarchum reliquum ipso esset, imo humanarum divinarumque omnium neciam, admisissè civilem reip. formam, data Curia suprema, quæ jus Romanum vnicē tanquam suæ jurisdictionis principium certum sequeretur ad dirimendas civium lites quotidianas, nondum video quid hoc valeat ad LL. patrias ut iisdem adversum stet.

§. 20

Esto, Marchiam Brandenburgicam, aut terras Brunsvicenses & Luneburgenses non sic patientes fuisse Juris Saxonie, ut non mallent quæ ejus interpretibus tantum non semper displicuerint; exemplum secutas esse in quibusdam aliis capitibus alias, id sane non habet quod admireris, eoque minus si constet neque incredibilius fortassis putetur, Saxonum prudentes aliquos fateri, ne in ipsa quidem Saxonia hujus juris totius usum superesse, & tantum valere quatenus sit receptum.

§. 21.

Veritatem vt a teste nequidem exigerem in hoc quod traditum est, de felici temporum reparatione quæ sub initium sec, XVI. purior doctrina Christiana simulque vera libertas, morumque ingenuitas veluti reriviscere cooperunt, quantumque juris Romani incrementa eadem juverit? intelligi-

telligent quibus jacet utilitatis species. Probari
vtique JCtis debebat consilium, quo magis in-
que fastigium evehebant jus Romanum protestan-
tium theologi, quo minus juri Canonico favere
possent, quod Lutherus flammis absummere non
dubitaret.

§. 22.

Poterat quoque non displicere aliquibus tam
non perspicacibus, rem suam agi si valeret hone-
stas, postularetur amicitia sic, vt religio fidesque
rectumque anteponerentur eidem. Fuerit fortasse
in hominibus hoc vitium, quales se gesserint Go-
denii, Schurfi, Klingii, vt Lutherum vincerent,
quod solus fere relinqueretur, quæro tamen an
reapte turpitudinem habeat quod ad commodum
privatum pertinere credas, modo resp. ideo non
negligatur? (*)

(*) Quia jus privatum sub tutela Juris publici latet
lege nimirum cavente civibus Magistratu legibus,
Magistratum autem Auctoritas pendeat ex Maje-
state imperii & fabrica Politiae, adeoque LL. fun-
damentalibus, hac in quavis publici status perio-
do oculos animunque referre oportet, vt de fini-
bus five bonorum five malorum recte statuamus.
Ex illa etenim parte si de corporis sanitate con-
stiterit & resp. bene habeat, usum quoque le-
gum eidem statui maxime congruarum bonum fo-
re putandum est: Sin minus, parum in iis præ-
sidii futurum, sine augure sapientiores intelligent:
et sæpe ita sit ex ratione temporum & commu-
nione culpæ, vt pluribus aut potentioribus per
legem aliquam majus periculum creetur, quam
caveatur, vt factionibus subinde enatis inque par-

(Reineccii Hist. Jur.)

L

tes

tes contrarias euntibus eadem solvatur, vt cunque
salutaris videri posset aliis.

§. 23.

Idem observandum erit in Germania principe,
quæ tantum non universa a Sec. XVI. edere va-
rias leges provinciales scriptas, Land-Rechte, Po-
lizey-Ordnungen, Hoffgerichts-Canzley, Proces-
Gerichts-Ordnungen, Kirchen-Consistorial-
Ehe-Ordnungen, & innumeras hujus generis
alias, in quibus emendandis & detergendis earun-
dem, quæ ad haeserant ex imitatione juris Cano-
nici maculis, etiam num desudat.

§. 24.

Parem solertiam adhibuerunt, hodieque lau-
datur ea virtus in civitatibus, tum imperialibus,
tum municipalibus, vbi passim videoas iis jam tem-
poribus condi varia statuta, Reformationes &
Willkire, quorum pleraque & principes terri-
toriorum rata habuerunt. In his superesse non
quasdam, sed multas juris Germanici genuini reli-
quias animadvertisimus, vt vt alia vbique de novo
fancita, neque pauciora ex Jure Romano in illa
translata vna comprehendantur.

§. 25.

Id ipsum vero est, quod nostrorum tempo-
rum ingenia haud parum exercet, quod tot artes
peperit novas, quæ singulæ sua habent præcepta,
& theoremat. Et vtinam illæ, vt cogitationibus
comprehensionibusque rerum efficiuntur aliæ bo-
næ, aliæ malæ, ita perfecte ratio & oratio com-
pleta inveniendi differendive existeret, vt natu-
ram



ram juvarent, docente natura repertæ, non illam, vt varia sunt hominum studia, præcurrere tentarent, quo siant ministrae voluptatum atque turpitudinis tantum non postremæ. (*)

(*) De receptione Juris Romani in Germania, nec non de usu atque Auctoritate ejusdem juris in fo- sis Germaniæ, satis quidem prolixæ ac distinctæ egit Ioh. Sam. Brunnquell in Histor. Juris Ro- mano Germanici. P. III. c. 10. & 11. vt solis splendentis instar dici possit fecisse coelum nebu- losum & caliginosum, vt diem aperiret. Nescio tamen an in ipsis nebulis dispellendis auspicio processerit. Scilicet, cum receptum id esse & ad causarum decisionem sapientissime adhiberi, o- mnes uno ore fateantur; neque tamen inter Dn. nostros conveniat, quando hoc factum, quomo- do & ob quam causam, & in quantum deni- que? vt magis, quod jam dictum fuit alibi, in sectas abierint strenue inter se & Marte ambiguo adhuc dimicantes, & si de jure communi, aut minimum de eo queratur, quod plurimum va- leat ad dejiciendum reliqua de ponte suo, quoties contraria deprehendas, negari nequit, nusquam solam Romanam sapientiam regnare, sed tanquam divisum imperium habere cum jure Pontificio & aliis adscititiis, nec præter meritum loco cedere, ubi- cunque mores patrii caput extulerint. Si accipias in causarum decisione primum ad jus Germani- cum, quod a Romanis placitis mille modis dif- ferre ostendit post alias Dn. de Ludewig, & de- inde in subsidium ad hoc recurrendum esse, certe non usum, sed abusum testabitur; si forte alicubi plures casus ex jure Civili præter voluntatem Le- gislatorum fuerint decisi elapsis abhinc annis, quam ex jure Germanico. Multoque minus jura



statutaria quæ vocant ex eodem erunt aut declaranda aut restringenda; quin imo ne quidem superlieri hinc posse videntur, vbi silent prorsus, loquentibus tamen aliis institutis patriis, aut vicinioribus, & magis communibus.

§. 26.

Antequam vero in eum campum & ad singula capita descendam, in quibus illas artes aliquid posse credam, ut redeamus tandem ad veram philosophiam, non simulatam quæ stoicis originem debet, atque perducit tandem eo, vbi tramitem veræ felicitatis alterius non inveniamus, recta & sine ambagibus incidentem, sed lubricam, infinitam & vere inviam, utque placeant, quæ placuerant dudum majoribus, quibus judicamus nihil posse inveniri minus fucatum aut corruptum præsumtionibus, & ita ab amica naturæ simplicitate alienum; prius monendi sumus in universum dererum præsente quo utimur statu. (*)

(*) Magnum est quod conantur, difficile quod pollicentur, qui de receptione iurium peregrinorum in Imperio Germanico præter tenorem expressum Constitutionum Provincialium ex sola auctoritate quorundam Interpretum Romanizantium in universum statui posse putant. Esto, quod Constitutiones quædam generales ea de re indiscrete & absque distinctione loqui videantur; attamen nec Imperatores, qui Recessus Imperii pertulerunt, nec Ordines, qui consensum præstitisse perhibentur, quidquam fecisse putandi sunt, quod patriis moribus aut LL. adversum stet. Incredibile olim fuerit Crasso apud Ciceronem, quam sit omne jus civile præter illud Romanorum inconditum



ac pene ridiculum, nondum res confecta est, quam ille per somnium vidit aut extulit tam singularem eximiamque æquitatem, dignitatem ac præstantiam, quæ certe ne Romæ quidem credita fuit sic, vt foret vrbs in ea opinione sibi constans & perpetua. Neque tantus fuit vñquam in Germania LL. patriarchum defectus, vt propterea boni mores debuerint negligi.

§. 27.

Recte faciunt sane, qui cogitant, versari historiam juris aut circa potestatem publicam aut privatam, vtramque vel sacram, cui sit conjuncta religio, vel civilem, cui cum religione nullum est vinculum, & denique privatam potestatem nisi variis cautionibus sive in rem sive in personam conceptis, in quibus ex bona fide semper agendum sit, minime vero jus strictum, quod civile alioquin audit, verbotenus tenendum sit.

§. 28.

In his itaque rebus, quæ aut spectant Jus publicum, sive Germanicum, sive Romano-Germanicum, aut quæ ex singulari fide gerendæ sunt a consciis, sive id fiat in suam utilitatem, sive procuratione alienæ, nescio profecto, quid sibi velint quidam vñljurij peregrinorum, quem a Majoribus acceperint? Magis est, vt deceat quemque tueri libertatem suam non modo, sed publicam quoque pro viribus, quam sint exiguae; modo non fuerit suimet earundemque ignarus. (*)

(*) Causas publicas, quamobrem sic secernant Dd. aliqui jurium interpres, vt referant eas ad Jus Publicum sive Germanicum s. Romano-Germani-



eum, de eo vid. Joh. Adam. Koppius in Histor. Jur. P. VII. Epoch. I. th. I. p. 258. Ille vero, tametsi eam partem præcipue & egregie ornaverit, si retrospicias ad Originem & initia rerum Germaniae, vix potuit ab ipsis sejungere & tanquam juris privati habere, quæ nunc quidem vulgarizantur nominibus particulatum acceptis, quæ sunt potestatis Ecclesiasticae, aut dominicae feudalis, imo nec Militares vel Aulicas, aut etiam publicam criminum persecutionem, s. den Blut-Bann.

§. 29.

At, quid opus est in re sensibus nostris obvia, pedem referre ad ista tempora, in quibus jus rerump. Germanicarum, qualisunque fuerit potestas, publica & sacra & civilis in re sive propria tantum quam nunc vocant allodiale, sive ex parte aliena, cuius generis sunt omnes clientelæ, quas feuda nunc appellant, mansit vagum, incertum & obscurum, ignoratione litigiosum sic factum, deficientibus literarum monumentis, quam ut spes sit extundendi ex his duris nodis quod in genitum præsentem convertas.

§. 30.

Causam peroravi breviter atque summatim, quæ fatis momenti habet, cur prolixiorum hic historiam sive juris publici, sive ecclesiastici, sive feudalis hic tradere subsistam: sufficiet iis, quorum usibus hæc composui elementa, quod nullus intercedam, quo minus alios sciendi cupidi horum iurium & artium quæ illuc pertinent aulicarum conditores ac statores adire, eorundemque subsellia occupare licet,

§. 31.

§. 31.

Audeo attamen aliquid, vt svasor siam omnibus, quibus volupe sit aliquando affectare has artes a quibus Publicistæ audiant, vt maximo opere sibi caveant ab isto vsu jurium peregrinorum, Romanici, Canonici, Longobardici, quem Civilistæ adhuc defendere contendunt; nedum in partes transcant Barbarorum Nominalium; cum Humanistis etenim qui Reales ferant, facile erit transfigere.

§. 32.

Qui valebunt ingenio, ipsa experientia magistra iueri tantum facient, quantum vsus postulet, fructumque ferat ex se vberiorem, quam ne timendum sit fore, vt unquam ferrea difficultisque sors de vivo quid detrahatur; quandoquidem natura paucis semper contenta fuerit, nec artem nisi admundum desideret, quin sic ducat vt eam sequatur.

§. 33.

Amabit profecto artes se docente repertas, si cogere desistant præceptis, & perspicient dicto auditentes nunc, quid de vsu jurium peregrinorum & quod germanum sit in Germania, post tot eximiorum JCtorum concertationes vbivis tenendum sit. Turpius sane ejiceretur Romanum, posteaquam illud hospitio receptum esse fatentur, donec se gerat dignum hospitem.

§. 34.

Hinc effici putarim, quod ajunt, eum qui jure illo nitatur, catenus firmo fatis fundamento niti, neque ad receptionem probandam esse obstri-

L 4

stum.



etum. Cur autem silent quem locum illud occupaverit primum quantoque spacio regnaverit, quave modestia obtemperaverit deinceps? Per vices fortassis hoc factum est varias ac totidem rerum discrimina, quæ enarrare nimis longum foret.

§. 35.

Adfirmant iidem, quod aut vi aut clam aut precario consecutum fuerit unquam, nihil illuc conferre, ut ideo in exsilium plane aetum censeri debeat jus patrium. Et quid inde? Nonne, ut primo omnium de genuinis patriæ moribus avitis circumspiciendum sit, ubinam locorum ii habitent? iisque demum absentibus & vacua relicta possessione, Romanum in subsidium hoc obtinere queat, ut locum inveniat sibi commodum.

§. 36.

Ita non pessime sibi suisque studiis consulent, qui Juris Romani & patrii differentias, quod premonuerunt aliqui nostratum, mature investigabunt; modo ne miscelliones, & hereticudos simulent aut fingant sibi consuetudines, quarum vel memoriari dudum delevit vetustas, vel rebus praesentibus sic aptas ac sunt rotundis quadrata. (*)

(*) Qui Germanici juris magis sedulain investigationem aliis persvasit, Illustr. Joh. Petr. de Ludewig, in Introitu Operis cum Vita Justiniani Imp. cepti, §. 7. idem quoque in multis scriptis Academicis & dissert. exemplo praetere voltuit. Optandum foret igitur, ut istud absolutum praestare ipsi licuisset.



§. 37.

Quoniam igitur Capitularia Regum Francorum, multoque magis leges Wisigothorum, Burgundionum, Salica, Ripuaria, Bajuvariorum, Alamannorum, Saxonum, Angliorum, Werinorum, Frisiorum, Langobardorum jam ante secula plurima exoleverint, non esse jus Germanicum ex illis priscis Germanicarum gentium legibus aestimandum. At quis negabit ea, quae supersunt juris Germanici passim vestigia egregiis his lumini bus perfundi?

§. 38.

Illud quoque minime negandum; si constet apud easdem gentes consuetudines viguisse maximam partem discrepantes, laterem eos lavare, qui ex tam variis diversarum gentium institutis singularibus corpus & Systema aliquod juris Germanici consui posse sibi persvadeant. Et cui fini hoc opus esset? Neque tamen meliora speramus ab iis, qui centones ex juribus peregrinis & magis ineptis confarcinare satagunt; quacunque demum arte se tantum laborem perfecisse glorientur.

§. 39.

De Jure autem Saxonico & Alamannico quum dent, quod facere utique debebant, illud in inferiore Germania, hoc in superiore maximæ fuisse auctoritatis; neque tantos esse eorundem nævos, quantos habent ista peregrina, maxime vero Pontificium; qui in mentem venire poterat, jura illa citantem non habere fundatam intentionem, nisi eorum usum in aliqua provincia hoc illove in ca-



pite superesse ostendat; imone in Saxonia quidem eam allegationem juris Saxonici alicujus nomen-
ti esse, quin usus ante probetur vel de eo alias satis constet (*)

(*) De usu atque auctoritate, quam nactum fuerit Speculum Saxon. inter alios testimonium tulit Herm. Conring. de Orig. Jur. Germ. c. 30. p. 183. neque sine rationibus, h. i. m. subductis. Scilicet recepto ballenus more, secundum consuetudinem et ex aequo ac bono sententiae tum se rebantur: quarum magnam partem hoc Codice contineri persuasum fuit. Itaque una illa opinio potuit hanc difficulter efficere, ut ubi Saxonica jura, ibidem & bi libri obtinerent, adeoque hinc Saxonica jura peterentur. Nusquam illud illustrius factum fuisse legimus ex eo, quod Melchior Klingius aut alii quipiam id ipsum, re tentis tamen Glossatorum nugis, Systematico or dine exhibere voluerint.

§. 40.
Ipse credo, multos invehi in Jus Romanum, alios juris Germanici usum mirifice commendare, qui, quale sit illud aut hoc, sciant cum signarissimi. Incredibile autem esse, quantum damnum inferant reip. qui jus certum & tot seculis magno studio exultum manibus juvenum extorquere conentur, neque tamen iisdem ostendant quod sit certius, & quod pro norma tuto sequi possint. Neque tamen sic vereor, ut vel studio juris Germanici majori omnis juris certitudo in scholis & foro tollatur, aut in sola juris Romani doctrina ea certitudo quam jaftant, habeatur.

§. 41.



§. 41.

Reste faciunt equidem, vt arbitror, qui in dirimendis his controversiis ac litibus, attendunt: vtrum consuetudines Germanicæ quæ allegantur, aut totam Germaniam aliquando occupaverint? quorsum referunt obligationem & actionem ex pacto nudo oriundam, liberos per separatam Oeconomiam ex patria potestate exeuntes etc. vtrum illa instituta Germanorum quæ quid habeant singulare, statutis vel legibus vel etiam Imperii Recessibus sint confirmata? an quæ passim adhuc vigent consuetudines nulla lege scriptra firmatae sint? quales sat multas Schottelius aliique collegerunt,

§. 42.

Enimvero applicatione regularum, quas instruunt ex insidiis iidem seditionarum, multoties falluntur ipsi & incident in laqueos aliis positos. Vix satis tuto in istis sequimur legem scriptam quæ interpretationis adstrictius facienda vice fungatur, nedum non scriptam & prorsus interpretationem mutum agentem. Nec placet omnino, quod in his usum demonstratum velint ex actuum conformium frequentia, quæ sane viam pandit fraudibus latissimam.

§. 43.

Instant: si nihil tale occurrat, merito ad statuta topica & his deficientibus ad jura provincialia respici, in quibus lateant sat multæ juris patrii Alamannici Saxonieque reliquiae, observandæ judicibus & custodiendæ, quam fuerint sive adhuc since-

sinceræ, sive Juris Romani Iaciniis deformatæ; quæ in re quid sibi tandem velint interpretes? fatis ambiguitatis habet.

§. 44.

Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias: illæ, quatenus manu tenere possunt; hi autem, quatenus ratione & intelligentia. Quia vero ratio postulat, ne quid insidiose, ne quid simulare, ne quid fallaciter, quas non insidias, dum tendunt plagas, etiamsi excitaturi non sint, nec agitaturi? Siccine, ubi statuta & jura provincialia juri Romano in uno altero capite derogatum vellent, in ista juris patrii dispositione acquiescendum est, quæ novis tantum vocabulis inventis rem eandem sequatur?

§. 45.

Quis ergo tam stupet, quin deprehendat, quod lingua sapientum nostrorum st̄pe præcurrat mentem? Quoties enim non evenit, ut hujus generis statuta & jura provincialia deficiant. Nihil eo casu relinquitur his qui nihil sapiant, præter id quod manu teneant, quam ut jus Romanum in subsidium adhibeatur. Dabo hoc prorsus, non tamen prius, nisi causam non amplius pendere existimem.

§. 46.

Id quod etiam de Jure Feudali Longobardico intelligendum esse perhibent veluti cum corpore Juris Justiniane simul tanquam in subsidium recepto, si emerserit unquam ea temporum infelicitas, ut consuetudines feudales patriæ deficiant.

O mi-



O miserum autem subsidium inde petendum! quia gentes barbaræ hoc vñquam admiserint, qui fluerint sane, sed moribus atque institutis longe diversissimis, & nostris adversa fronte repugnabilius.

§. 47.

Vt se gratos vicissim præstent postulamus jure nostro, & sunt certe aliqui qui non dubitent, quin ea quæ Jus Romanum sancit si pertineant ad Jus publicum Romanum, si nituntur principiis status Romanorum reip. nostræ parum concinnis, nullum in foris nostris vsum habeant, modo non recepta esse probentur. Sed quem admodum alios hic dissentire non ignoramus, ita parum labest, quin isti verbotenus duplum dare præ se ferant, re ne hilum quidem concedentes.

§. 48.

Jus Canonicum denique volunt in Protestantium foris non nisi quatenus receptum sit valere, ejusque vsum in causis præcipue ecclesiasticis, matrimonialibus & processu quem vocant forensi superesse. Quam vellem autem, vt hoc tandem per artem nostram, si tantum posset, eliminaretur totum ex animis vere fidelium, cuius ope precaria cuncta invicem hostilia patria nostra accepit.

§. 49.

Res ipsa loquitur, Jurisprudentiam Germanicam, qua hodie vtimur, eam faciem neutiquam habere, quæ vel vñ Juris Romani & Canonicí subsidiario uterque descripto, vel solis LL. Ger-

Mono-



manorum veterum, longaque locorum consuetudine, vel denique novis Constitutionibus & Compilationibus jurium Provincialium quibusvis illis junctis contenta foret & arti tantum relinquat, vt plenius tandem atque omnibus numeris absolutum Corpus Juris Germanici privati inde conficeret. (*)

(*) In emendanda jurisprudentia, quibuscumque artibus hoc tentari contingat, perperam decerni experiemur omnes vias persequendo, si non fiat ex circumspectione aliqua ac provida accurataque consideratione finium. Quinam autem sunt illi fines? quos legumlatorum prudentia intuetur. Quid facere necesse est, vt iustitiae & sanctiones eo dirigantur, quo sum tendere debeant? Non aliud sibi cordi esse parentur omnes, quam vt cives feliciter degant, Id futurum spondent, si pietate & religione recte instituti, moribus honesti, armis adversus hostes externos tuti, legum auxilio adversus seditiones & privatas injurias muniti, imperio & magistratibus obsequentes, copiis & opibus locupletes & florentes fuerint. Harum enim rerum & instrumenta & nervos esse leges confirmant. Eadem est sententia Mosis, Deut. 30, 9. qui sec. LXX. sic pronunciat: ὅτι ἐπιστρέψεται οὐδεός σε εὐφρατῆνας ἐπὶ σοὶ εἰς ἀγαθό. Quocirca autem notari meretur Glossa marginalis B. Lutheri, inquit: Denn die Gottlosen haben auch wohl Ehre und Guth, oft mehr denn die Heiligen; aber NB. zu ihren und anderer Verderben.

§. 50.

Laudamus nihilominus doctissimorum virorum industriam, qui ad sublevandum ejus studium adeo prolixum ac fere desperatum operam suam con-

contulerunt, alii eam in formam Compendiorum ac Elementorum redigentes, alii singularia statuta provincialia aut partes eorundem commentationibus illustrantes, vel differentias inter jura Romana atque Germanica explicantes.

POSTFATIO.

Qua ostendimus, vtrum jurisprudentia nostra emendatione opus habeat? et quibus viis eam sperare liceat?

§. I.

Quod verum, simplex sincerumque sit, id esse naturæ hominis aptissimum intelligentibus parum difficultatis facient illæ juris civilis artes, quæ vt in veri investigatione versari credantur, cum officio attamen sic non convenient quo minus illius studio plures a rebus gerundis se abduci patientur; vt sæpe intermissio fiat actionis, in qua sola omnis laus virtutis consistat ubi redditus ad studia, qui certe cum cogitatione motuque animi conjunctus multus esse solet, veluti in consiliis capiendis de rebus honestis & præclaris ad bene beataque vivendum pertinentibus, vix quidquam juvet.

§. 2.

Vidi autem & audivi in Rep. quæ nobis patria est, de justitia, in qua virtutis splendor est maximus, conqueri fere omnes, quam fuerit istis artibus & prava consuetudine depravata, aliquos

vero



vero de reditu ad actionem parum sollicitos hu-
jus generis consiliis omne tempus terere, quæ ad
vitæ utilitates promovendas facere debeant, modo
ne ipsis quidquam agere aliud oporteat.

§. 3.

Maximam vtique opes fere vbi vis stultitiam
experiuntur magno suo malo, & pauper nu-
spiam non jacet, nisi fortassis ille, cui hoc inte-
grum & cui copia est, vterque in ipsa rei jactura
quam prudens facit, salubrius remedium inven-
iat, parcendo & sumtibus & temporis. Si de-
mum quæras, vnde tantus eveniat malorum cu-
mulus? aut subsistendum est, aut fatendum quod
omnes peiores fiant licentia agendi nimirum quod
velint. (*)

(*) Corruptionem rerum nimirum optimarum pessi-
mam esse quilibet ut fuerit plurimarum rerum usu
edoctus, haud diffitebitur. Ipse justitiae vul-
tus, quam placet hominibus utilitatibus suis cap-
tis, satis habuit semper latebrarum, quas sollicite
quærunt primam, qui aliis peritiores jurium ha-
bentur, vt aliquid legis quam sit bonum ca-
ptent, quocum vertant justitiam ipsam in absyn-
thium, rapinam & fraudes. Deinde istius fru-
ctus usura audacieores facti, tam contemtim & in-
curiose procedere adsvescant, vt illam faciei ju-
stitiae partem nec dimidiari retineant. Exempla
poteram ex rebus, non vnis in medium ponere
perplura, non profecto excogitata, sed verissima.
Sed enim cui bono mihi non saperem maxime &
prius? quam iis, quibus nec animus est discen-
dæ justitiae prater eam, quæ
Curios simulat & bachanalia vivit.

§. 4.



§. 4.

Valeant modo majorum nostrorum exemplo boni mores, præ bonis legibus, & ne his quidem opus habere ut fiat justitia, omnes intelligent. Sublata contra pietate & morum honestate, necesse est fidem etiam & vnam excellentissimam virtutem justitiam tolli & haud scio, an leges optimæ quoque tam efficaces futuræ sint, ut reddant semel amissam, præterquam si sponte accipientur, iisdemque obtemperent quibus dentur.

§. 5.

Ita sane nec laudent quenquam, & suum cuique tribuent rariores erunt lites de meo & tuo, & sine negotio finientur cædem. At secus fieri omnia, tristi ac misera edocemur experientia, neque tamen aperte plerosque illudere videoas legibus, quam nolle sic alienis utilitatibus consulere, ut suas negligant, & ideo arte prudentiaque contendere. Quodnam vero prudentiæ munus? quis dilectus? si legat aliquis intelligenter quod pugnet cum honestate, aut quo serviat voluptati?

§. 6.

Eo modo contingit, ut non paucos justitiæ capiat oblivio, in quameunque illi inciderint cupiditatem; nec deerunt facile deserendi officij caufæ, si cogites, quod recte fiat etiam ita demum justum esse, si voluntate fiat, minime vero quod non & voluntarium. Dabo cæterum eam virtutem plurimæ commendationis & exercitationis indigere, tardis autem mentibus non facile committi; non tam multi prædicti ea, quam videri volent;

(Reineccii Hist. Jur.) M atque

atque in vi quacumque adhibita nihil omnino præsidii invenient. (*)

(*) Manifestum sic sit, causas fuisse sat graves quæ in eam me adduxerint opinionem, ut nollein Aucto-
r fieri, posteaquam B, Thomasius ex una, ex alia parte B, Gundlingius, felici vterque conatu Superstitionis, imo & incredulitatis maculas ab eruditione deterserint, imposterum ut audiantur, quibus volupe est tota placita sive Porticus f. Lycei per antican ab ipsis exclusa per posticam recipere. Neque enim illi, quos merito suo laudibus evehimus, aut primi fuerunt aut soli, quibus insipida visa fuit omnis philosophia Nominalium qui vñquam fuerint, ut qui tantum vocabulis aut signis non convenient, de rebus parum solliciti. Non profecto propter vilipendium Auctorum, in quibus mirabilem & vix credibilem ingenii aciem aliquando animadversum fuisse liquet: sed propter acutas delirations in devia fletentes, quales familiares esse solent methodis ad disputationes & contentiones tantum natis, ad productionem autem operum pro vita humanae commodis omnino sterilibus.

§. 7.

Quid? quod ipsa iniqua accusanda erit vitiorum enumeratio, & selectio, quin spectent ad homines, que ad officia transferuntur; at magis tamen improbo frequentem exprobationem eorum, quæ vllis aut studiis aut occupationibus vel impediuntur, vel prætermittuntur de quibus dubitant, num bene sint præcepta? maxime quum illi quos male habent aliorum errores, se tollendis iisdem impares esse sentiant.

§. 8.



§. 8.

Scio equidem, quam conjuncta esse malis so-
leant id genus alia, vt cautum satis non sit reip.
quæ committat omnia prætermittendo, vt licen-
tia cives deteriores reddat: neque tamen magis se-
curam fore crediderim, quæ quoties ejus causa se-
veritas adhibenda est, puniendo irritet animum
immanem ac ferum, & quod deterrium est,
exquisitiore indagatu rerum atque causarum, quæ
tam non prope absunt, reperient hominum inju-
stiam, sed armis instructam non levibus.

§. 9.

Imo rem acutetigisse, qui totam causam in ipsas
leges & jura civilia contulerint, si in quendam
parvum aut angustum locum natura concludatur,
qua explicata, quam late pateat hic locus, nec pri-
us constet quibus LL. civitas quæque ad obti-
nendos fines regi debeat? & quas denique compo-
sitas ex variis causarum figuris descriptas habe-
mus? Ita sane, vt aliter qui tradunt, non tam
justitiæ quam litigandi tradant vias. Estne ita?
Modo non contingat, vt ignoratio potius juris
litigiosa sit quam scientia.

§. 10.

Eam vero affectantibus placere nequit, a legi-
bus proficisci illam quæ sit ratio summa, quæ jubeat
ea, quæ facienda sint prohibeatque contraria; si qui-
dem ea in hominis mente confirmata & confecta
lex est, at sine arte, insita in natura; præter-
quam quod interdum populariter loqui necesse
erit in populari ratione & eam legem appellare,

M 2

præ



quæ scripto sancit quod vult, aut jubendo aut vetando, ut vulgus solet.

§. 11.

Potuerunt igitur, qui tantum colligerent quid apud singulas gentes justum habitum fuerit unquam, & in quod omnes & singuli consentirent, naturæ aptum existimarent, idque demum pro tali declararent, jus aliquod suis artibus extrahere quod naturæ imitetur simplicitatem, quam sic penitus non eversum ituri sint? (*)

(*) Hinc perspicias, quam non admodum tuta videatur, quæ non raro se offert de rebus consultatio: utrum fieri possint vel non? antequam cogites de mediis & apparatu. Sapientius enim animadvertis in deliberationibus quod notatum fuit Fr. Bac. de Verulam, in Dialogo de bello sacro: *ingressum propinquorem in considerationem modi rei gerendæ sive exequenda opinionem prius conceptam de possibilitate vel impossibilitate penitus subvertisse*; adeo ut quæ primo intuitu possibilia videbantur, inquirendo in modos perficiendi, impossibilitatis convicla fuerint; Et e contrario, quæ impossibilia quis primo putasset, mediorum rursus explicatione, (tanquam lumine a dorso rerum posito & affuliente,) se ostenderint possibilia, quæ antea impervia putabantur pervis factis.

§. 12.

Recte sane tribuemus priscis Germanis eam simplicitatem & artium ignorationem, quæ hominibus antiquis sit digna, generosa videlicet ac provida, qua naturæ sancitis nihil cogitari poterat convenientius, quam diu vixerint illi a vafrie

tie

tie & simulationibus longissime alieni? Nunc vero, ubi tot artes peregrinæ ad nos perlatae sunt, easque accepimus ut lubitum fuit, atque utimur iisdem non ut volumus, verum ex jussu & arbitrio alieno, nondum cessat regnare quæ pariter succrebit nequitia, sed in omne nefas labiuntur, quod indies augescit. (1)

(1) Non vinius generis sunt istæ artes, quæ cum jurisprudentiam ingredi coeperint, non potuit non eadem his tanquam tacitis incrementis præter modum augescere, sed plurima etiam secundum impedimenta ferre. Pleraque illas, si virtutem bellicam ac frugalitatem in rebus domesticis excipiatis, Germaniam antiquam latere cognitum fuit. Deinde ex medii ævi historia vtunque habeat, palam fieri credimus, animo valde suspenso expectatum fuisse, antequam scirent, quibus modis juxta pontificales peregre adscitas leges civiles quoque jungere oporteret, ne patrui mores, quorum satis tenaces erant Nationis primores, penitus succumberent & abolerentur. Nolim autem anticiparem hærente quenquam, fuisse non paucos, qui inter deliberandum secreto apud se constituerent, quantulumcunque illud adventitium LL. peculium valitetur sit ad corrigendos mores, frumentum hinc percipere quem possent non minorem certioremq[ue] ad colligendas pecunias; incuriosos profecto stultiz, quam pati dicuntur opes.

§. 13.

Necesse est omnino, sic intermissum esse & defuisse officio vtrinque, quod nec illi modeste obtemperent satis, qui has leges didicerint aliosque docuerint eas, neque recte præscribant quid

M 3

vn-

vnicuique in rep. agendum sit, ut conspireat singula; quoniam vberior LL. copia vix permittat ut intelligantur, nedum rite secundum mores applicentur a viris alioquin doctis & scientia præclaris.

§. 14.

Quid igitur non fiet apud plebem earundem ignorantie? Nolim credas hoc aliquid novæ rei esse. Dudum querela ista de LL. sumtuariis v. c. Romanorum auditæ fuit, tot a majoribus repertas, tot quas Augustus tulerit, illas oblivione, has, quod flagitosius existimatum fuit, a Tiberio contemtu abolitas securiorem luxum fecisse. Neutiquam sic insolens & recens est, quod ad modum temporum & vices morum vertatur.

§. 15.

Leges Romanorum Regiae quoque primo rūdibus hominum animis simplices fuerunt, quibus etiam reges obtemperarent; cum deinceps post XII. Tabb. non modo in commune, sed in singulos homines latæ erant quæstiones, & corruptissima rep. plurimæ leges. Eas quippe res, quæ per raro eveniant, & forte uno aliquo casu accident, Legislatores præterire solent, nec immerito sic faciunt. Nihil contra intermittendum est singulis, quod insit officio.

§. 16.

Meum jam non est plures coacervare jurisprudentiae nævios, qua in re desudarunt jam multo abhinc tempore alii, & vix inveniri inter cordatores quenquam, qui repugnet opus esse phioso-

Iosophia, non quidem nomine perque dissentientium contentiones illustrata, sed qualis sit re & sic rerum omnium antiquissima; amplissimaque omnium artium bene vivendi disciplina, animi medicina, vite autem & parens & emendatrix.

§. 17.

Artes aliae quid possint? dudum tentarunt, qui mirabiliter eam doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxerunt, & in his quidem inventi sunt non pauci mediocriter docti, magni in rep. viri, & doctissimi homines non nimis in rep. versati sat multi. Qui vero vtraque re excellerit, ut & doctrinæ studiis & regenda civitate princeps esset, eum reperire potuerunt neminem.

§. 18.

Valde itaque timeo de nova nostra philosophia, quæ tot peperit artes & bonas & malas, ne genium non mutet, si pergant aut homines tantum ingenio indulgere, ut sibi sapient aut solis, aut tantum aliis, vel prorsus ex aliis nonnisi exemplis ducantur, rerum adhuc ignari. Breviter dicam, quid sentiam, ne excitatis passim clamoribus eorum qui numerum faciunt, in hunc diem iniutibus & otiosis, me adjungam.

§. 19.

Vero absimile non esse reor, si putent, nihil tam naturale esse in re quavis dissolvenda, quam sequi eum modum quo fuerit colligatum: at perspicere mihi videor quam secus faciant iidem

M 4

cam

eam regulam applicaturi, vt juri Romano, quantum hoc & hospitio receptum, & recipi dignum erat, & modeste obtemperabat moribus patriis, tantum obicem ponant initio. (*)

(*) Egregium proorsus est, quod a Fr. Bac. de Verulam. in Historia vitæ & mortis denunciatur hominibus, ut nugari desinant, nec existiment tantum opus, quantum est naturæ potentem cursum remorari, & retrovertere quem posse hauſtu aliquo matutino, aut uſu alicujus pretiosæ medicinae ad exitum perduci, sed vt pro certo habeant neceſſe esse, vt hujusmodi opus sit res operosa, & quæ ex complurimis remedis atque eorum interſe connexione idonea conſet. Cogitent autem, qui versantur in vita civili: vtrum cursum rerum experiantur minus validum, quoties recti apud eos locum tenet tantus errorum, qui jam publici sunt facti, cumulus ac ubi quæ fuerunt vitia in mores transierint? Neve enim inficias iherit quisquam, talismodi populorum confuetudinem, quam dicimus ~~καθολικήν~~, s. omnibus communem (den Welt-Lauff) vtcunque initium ceprit fortassis exiguum, diu tamen neglectam maximas vires sumere, vt nihil fere moveat, quisquis in adversum nitatur. Nemo igitur adeo stupidus esse debet, vt credat, id quod nunquam est factum fieri posse, niſi per modos etiam numquam tentatos. Habet autem, quicquid in Jurisprudentia restauranda adhuc tentatum fuerit, naturam veluti complicatam, vt quod alia ratione juvare crederetur, id ipsum alio vicissim nocuisse deprehenderent. Qua quidem re nihil posset contingere magnis quibuscumque opribus magis iniuricum iisdemque deſtruendis natum. Harum difficultatum exemplum capias licebit ex iis, quæ tradit Glafey. in Rechts der Vernunft. L. I. c. 5. §. 57. seqq.

§. 20.

§. 20.

Plane ad jus antiquis & eam partem Pontificii redeundum est, vt eidem ante omnia prorsus derogetur, qua intercedere possint aliqui callidis suis consiliis, sciscitantibus & perferentibus, quod reip. commodum sit & aptum; quod equidem inter Protestantes nullo negotio posse confiei credibile est, si Princeps quidam recto tramite incedere non intermittat, & quæ sunt doctrinæ æquo animo ferat, donec quisque quod officii est sedulo faciet.

§. 21.

Nunc operam in eo collocet, ne ignoratione iuris civilis quidquam facile litigiosum fieri queat, quod obtinebit LL. in vniversum paucis, perspicuis, lingua vernacula, omnibusque intellecta, magis in rem scriptis quam in personam, ad illum modum, ne naturæ vis inferatur, quam velle furca expellere quis labor effet? Modo sufficient eadem regendis moribus, quid desideres amplius?

§. 22.

Inquis; necessarium videri ut infinitis illis negotiis ac litibus sufficient, in quibus qui ætatem ferunt, multum malitiæ, quamvis nolint, addiscant. Nego autem, fore ut quādiu LL. istæ, quam sint paucæ, accipientur iisdemque modeste obtemperetur a civibus, tot tantarumque litium discrimina subeant, & si secus aliquando contigerit, magistratum hæc cura erit, & prudentia & virtus omnis, vt cito, vt tuto, vt jucunde sopiantur; cui fini volumus vt juri honorario suum

M 5

pre-

pretium statuatur secundum illas LL. Edicant h̄i
in rem communem, modo non publicam, sive id
sit sub initium rei gerendæ, sive extra ordinem.

§. 23.

Facile patietur summus Princeps, qui tantum
sciat, vt proponant, vt addant, vt minuant, vt
mutent, prout res postulant, modo sint res novæ
de quibus ipse nihil viderit ante, nec audiverit un-
quam; neque LL. vel jusserint vel veterint. Idem
non ægre latus est, si aliqua fiant tralatia, & in
morem abeant, si talia sint eorundem instituta, in
quibus æquitatis rationem habuerint, quæque de-
inde pro certo jure recepta essent atque appro-
bata. (*)

(*) Enimvero quid hoc est? de justitia definire abs
que recensione & consideratione casum particu-
larium. Quare vix credam fore, vt vlla de jure
questio terminari queat citra distinctiones & limi-
tationes, in quibus occupantur artes & methodi,
venia quidem dignæ, si quod prolixum foret, non
nimis præcise, quicquid autem novum nec dum
tentatum videri queat, hoc seorsim & quoad ca-
sus singulos, quantum fieri possit excutiant.

§. 24.

Prudentes viros omnes, si eos se præstent con-
sulentiibus, non haberi vel cupiant vel petant, au-
dire, e re maxime erit. Agant illi rem suam
gnaviter, ipsasque LL. interpretentur, ad facta
applicantes eas singularia, docendo, scribendo, con-
sulendo, cavendo, neminem cupio rei intercedere
ad se non pertinenti, nedum publicæ, & suo quis-
que

que tantum, non alieno periculo, rerum satagat
fuarum & qui minus callent, dissent hac via ju-
stitiam.

§. 25.

Desinet hinc quæcunque nos afficere possit in
Jurisprudentia de residuis sollicitudo, si caveatur
reip. ne cautions privatæ, consilia, definitiones,
partitiones, & interpretationes ICTORUM, cum o-
mnis doctrinæ genere pro LL. habeantur (quantum
vero hoc abest a ridiculo?) et si quidquam illa-
rum rerum summa arte fuerit elaboratum, imo
publica auctoritate firmatum, & usui aut scholæ
aut judiciorum quoque publice traditum. Possunt
profecto jura & LL. arti ac disciplinæ inesse, imo
his ipsis niti, neque tamen opus est ut singulaca-
pita etiam pro legibus venditentur.

§. 26.

Si nemo sine lege loqui audebit, neminem ta-
men hoc facere pudeat; quid nostra refert; vtrum
peregrina ad delectionem alicubi legantur, ab
aliis sic adhibeantur & in usu sint, vt nihil detri-
menti inde capiat resp.? imo ne maculam quidem
inuri his necesse esse judico, multoque minus effla-
gito vt flammis tradantur. Si nihil literis indul-
tum quid velint quod privatum sit, & voluntate
compositum, nec fortassis sine causa, rogo tantum
vt parcant innocuae chartæ, quæ usum præbitura
sit yberiore.

§. 27.

Cogitanti mihi de philosophia juris & potissi-
mum de iis legibus quas naturæ tribuunt; vtrum
illæ

Illæ non melius ipso vsu discantur , & efficacius
in rem præsentem deducantur ab his , qui cupiant
facere quod ad remp. spectet & id ipsum egerint
aliquamdiu , quam ex traditionibus & compre-
hensionibus illorum quibus vera , nec dum obso-
leta , vivideque descripta exempla in promptu non
sunt? præstat equidem nunc subsistere , quam
edicere quidquam , cui bonum factum præfari ve-
tat locorum & temporum quæ vicissitudo est.
Attamen certissime persuasum habeo opus istud
esse juris civilis peritorum , vt rectam rationem
vbivis , tanquam legem summam adhibeant , qua
prætermissa , non possent ad res applicantes non
verba dare. (*)

(*) Percommode accedit , vt succureret hic Auctor
adscriptorque artis jurisprudentiæ tanquam justo
connubio junæta , Io. Petr. de Ludewig , cuius
vid. disc. proœm. de triplici jurisprudentia in foris
Germaniæ . §. 5. & 9. vbi dolet maxime vicem
juvenum non satis providorum in cavendo , ne
otium juri positivo & patriæ & Latii dandum in
jurisprudentia forensi fallant juris naturalis (quale
esse venditur ab iis , quibus in ore est : Das
Streiten lehrt uns die Natur ic.) argutiis & di-
putationiunculis.

§. 28.

Ordinem judiciorum quod attinet , indubie
plurimas ille habet ambages ac circuitus vix evi-
tabiles , si vis ac potestas judicum intendatur , vt
lites terminentur sententia : volentibus autem parti-
bus facile istæ difficultates superabuntur omnes ,
si nihil pertimescendum sit captionis aut quod male
blan.

blandientis eloquii decipulam minetur. Hanc igitur viam præ omnibus commendatam velim, suo tempore & loco ineundam ipsa natura duce & illis profecto, qui causæ fiduciam habeant, fere nunquam frustra tentatam fuisse memini.

§. 29.

Viderunt aliquid, qui ita censuerunt, ac si virtutum amicitia adjutrix a natura data fuerit, ut quoniam solitaria illa non posset ad ea quæ summa sunt pervenire, conjuncta & consociata cum altera perveniret: At hæc quoque legem habet, ne præposterioris consiliis acta agamus, & ita ut in multis rebus fieri assolet, negligentia plectamur.

§. 30.

Quo efficitur, vt eadem recta ratione vtens, atque naturæ congruens sempiterna summaque constantia vocet ad officium jubendo, vetando & fraude deterreat, quæ tamen neque probos frustra jubet aut vetat, nec improbos jubendo aut vetando movet. Huic itaque legi quum nec obrogari fas sit, neque derogari ex hac aliquid liceat, neque tota abrogari possit, vix quidquam magis adversum stabit faciendæ justitiæ, quam quod eam violet & veluti opprimat.

§. 31.

Huc merito referas non tantum insignem in puniendis neglectis abusum, sed & oblivionem propositorum virtuti præmiorum, quibus rebus remp. maxime contineri, rebantur veteres, hodie vero quemadmodum satis velociter & veluti levato velo procedunt ad poenas judices, ita se inope-

cor;



consilii & opis experientur, vt virtutum ignicu-
los, & semina quæ animis a natura insunt nunc
excitent, nunc adjuvent præmiis, vt ex non vo-
luntariis faciant, quæ sunt in voluntate positæ. (*)

(*) Utinam vero non contigisset ea vivere ætate, qua
nescio annon omnium & personarum & rerum
discrimen sustulerit pecunia sic, vt paucis nunc re-
periundis sapientibus, quibus nulla lex ponitur,
cum sibi lex sint, ob illos paucissimos tacere Prin-
cipes ac imperantes neutquam possint plurimorum
insipientia ac ferocia omnino exigente, vt vocem
solvant, etc. vid. Gundling. in Politica. c. 9. §. 5.

§. 32.

Enim vero his rebus quæ inserviant, plurima
inveniri posse putem in juribus alias peregrinis &
parum adhuc cognitis; patriæ tamen nostræ æque
apta, vt LL. ipsius haud definita. Ea igitur,
quemadmodum nulla vi jubendi pollut, sic fontes
aperint non vnos rerum utilissimarum, ex quibus
consilia haurias multoties extemporanea, quæ non
tantum faciant vt acutius cernas, sed & sub for-
titione quadam probes & deligas.

§. 33.

Ita in disciplina egregia, quæ cladibus haet-
enus, quam meritis cultorum suorum illustrior fie-
bat, non amplius illam solutam compaginem vi-
dere, historiæ lumine, & prudentiæ civilis per-
fusa. Non ego hanc lucem partem facio, aut
fundamentum, aut principium, sicut alias me le-
gere memini; his puto adminiculis, his talis re-
ste incedit, posteaquam historia nobis omnem im-

pe-



perandi rationem, qua fieri possit, commemorat, prudentia vero civilis eandem componit ac trutinat.

§. 34.

Quum ex uno latere repræsententur nobis ea quæ circumstant, ex alio intelligimus quæ subsunt. In notitiam rei perducimur longa aliquando via, vbi hand difficiliter observes principia, progressus, causarum momenta, sive interiora, sive externa & apparentia, per fatorum vices mirabiles, mutationum occasioes, instrumenta, gradus etc. Ampliori tamen commentatione de his, quæ experti fuerimus ex his quæ facta sunt, colliget & pronunciabit mens sibi conscientia, bene aut fecus factum fuerit?

§. 35.

At' non moveat nos? quod hi, qui in rebus plurimum vidisse perhibentur, iidem de binis illis jurisprudentiae & publicæ & privatæ, illius autem maxime, præsidiis judicent hostalos apud plerosque admodum langvere, posteaquam cessere illa ingenia, qui pari eloquentia & libertate quondam res gestas commemomorare consverint, quum pluribus modis contingat veritatem infringi, sive hoc fiat reip. vt alienæ infictia, sive libidine assentandi, aut rursus odio adversus dominantes.

§. 36.

Neutris curam esse posteritatis inter infensos vel obnoxios, dudum intelleximus, eoque res gediit vt in ipsa Aetorum Publicorum comparatione

cum

eum historia quæ intus habetur contenta, abunde
habituri sint posteri, quod jure de temporum no-
strorum conquerantur olim injuria; cuius genium,
cujus artes, vt cætera eruditionis *nomina*, quam
opera publice notiora esse constet. (*)

(*) Haud, perperam crediderim. Nic. Hieron.
Gundlingum sua Politica inscripsisse prudentiam
civilem ratione connexam, exemplis illustratam.
Recte facient utique, quibus ita placuerit, vt no-
stram hanc meditationem de Jurispr. German.
aut restaurata, aut ulterius emendanda componant
cum illius c. 9. de prudentia legislatoria, nec non
c. 10. de prudentia in constituendis & emendan-
dis judiciis.

§. 37.

Scilicet a plerisque parum intelligi contem-
dunt, quantum sit et quale mentis humanæ opus
historia, quæ pragmatica vere dicatur nec inviti-
lis evadat. Deinde quod pertinet ad civilem pru-
dentiam vix opus est monere, quam pauci faciem.
ejus amplius noscant, multi nescio quid non ejus
locu venerentur, quod in umbra tantum positum
sit et otio. Nemo fere non laudem hanc affectat,
vt rerum Magister audiat, dum Barbarus sit, ne-
que ulli intelligatur.

§. 38.

At non fraudabimus quenquam gloria istac,
quam sua industria promeruerit, qua ad gradum
hunc adscendat scientiæ, quæ ipsis contemtui ac
ludibrio est, ne vereantur eundem Humanistæ elo-
gio

gio traducere, ut magis eum virtute sua esse ju-
beant, Reales attamen soli sibimet ipsis videntur,
ut prorsus desperent in his inveniri posse aliquem,
veluti de tribus fortasse, qui omnem dicam an
perfectam? civilem sapientiam vel tetigerint.

§. 39.

Ne singula monstra & ostenta *θαυματῶν*
κακομάρτων persequi necesse sit, hujus loci pro-
pria quedam in memoriam revocare animus ab-
horret, quod infinitus numerus Parium se offerat
e cogitanti de solis feudorum tot tricis quas nectunt,
vt Jus feudorum Naturae configant omnibus nu-
meris absolutum, tam plenum barbarie, vt eum
qui apud Romanos eloquentiae princeps habitus
fuisset, magis mutum fieri oporteat quam piscem,
ne & ipse dicat quid tandem sentiat.

§. 40.

Neque tamen spes me fallat vt arbitror, fore
aliquando, vt ab omnibus intelligatur judices in
causis civium eo jure nunquam teneri, ac multo
minus principem ipsum, qui judicum religionem
legibus peregrinis obligari perniciosum esse judica-
verit, quod acceptum nusquam fuerit a singulis re-
que intellectum. Certe si ignoratio juris civi-
lis militum privilegium est nemo miles civis esse
volet, fore autem vt quilibet civis miles esse malit,
nitergo sequitur. Quænam vero ea reip facies?

§. 41.

Vidimus, quam natura non trahat homines
ad communem inter omnes societatem, in qua
(Reinacci Hist. Jur.) N. bella

bella cessent & iudiciis omnia disceptentur importune, sed eo perducat, ne id ipsum fiat sine ratione & iudicio. Noli credere quod negemus appetentem esse humanam naturam tranquillitatis, qua frui unquam posset sublatis omnibus bellorum malis. Minime vero efficit quoque, quod appetit. (*)

(*) Quis non credat beatissimam civitatem ejusque incolas tanquam in celo esse, si nacta fuerit iudices quales sibi optat probos, vt nec vi, nec ambitu, nec pecunia turbetur forum? At, quam earum hoc fuerit, dabimus neminem horum aliqua suspicione vsquam premi; erunt attamen litigantes, erunt causidici, erunt procuratores, erunt scribae etc. et erunt s. omnes, s. singuli in causa cum ipsis legibus, non ad tollendas actiones hominum sed dirigendas inventis, quare lites ferantur, succrescant et in longum extrahan-
tut. v. Gundling. Polit. c. 10. §. 20. sqq.

§. 42.

Conatur fortassis, inquieris, aut vt fiat an-
tor erit? Vtinam posset. Sed ne hoc quidem.
Si quidem prudenter agere velint homines, ne-
quaquam sibi proponent quod fieri nequeat, sed
obtinebunt consilii restitudine, virtute atque con-
stantia credentes plurima, quæ vix credidis-
sent, profani vero & irreligiosi fieri posse vnquam
proterve negaverant, quo eosdem a recto felicita-
tis tramite tantum, invidia comite, abducerent.

§. 43.

Exemplo nobis sint gentium inter se earum-
que potentissimarum foedera atque pacta. Nonne

etorum beneficio tantum obtinetur facile securitatis, quantum per voluntatem hominum potest? Fac vero alios fines prætexta quoque securitate eadem proponi. Omnia alia evenient prius, vteunque istis consiliis clam habitis, quæ nec possint non vim suam sive justam sive injustam intendere, manifestaque tandem fieri donec in facta erumpant, velut signa & testimonia rerum atque ipsius animi evidentissima.

§. 44.

Quæ vero gerantur inter singulos vñquam, sunt prorsus eadem cum hac rerum vniuersitate connexa. Voluptariis optima dicuntur quæ suavissima putantur. Non ita est in consiliis voluntariis, vbi hoc appetitur quod cum recta ratione desideres, quod æstimandum non est ex eo quod tantum cupias, si non facias ut re potiaris, docili equidem si credat solertia, quæ satis posset conquisisit mediis aptioribus ad efficiendum ne egeat, quin tandem incredibile fiat quantum vitæ usus tanquam in medio positum omnibusque æquas distribuendum sibi vindicet.

§. 45.

Illi igitur cupiditatib[us] obviam ire quid refert? Nihil profecto, si ea libido per se est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans. Quam rectius, si qua in vita hominum stultitia quasi quasdam furias immittat atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnabimus, si velimus hoc quod datum est vitæ tranquille



placideque traducere, & ò si possimus ut cætera,
sic segritudinem atque dolorem depellere! (*)

(*) Quotusquisque hoc poterit? quod sibi negatum fuisse non sine luctu conqueritur iste apud
Comicum Andr. Act. 4. Sc. 5. Crito:

— — — nunc me hospitem

Lites sequi, quam hic mihi sit faeile atque utile,
Aliorum exempla commentant.

Litem qualemcumque non explicandæ tantum ejus potentiaz causa, sed & propterea deam fecerat pagana supersticio, antiquissimis temporibus & veluti sub initia hujus vniuersi, vt declararent, quam sit quisque mortalium ad dimicandum & rixandum veluti natura sua prorior. Neque hanc divam sibi profecto pimaxit finxitve ingenio sterilem, vt potius maxime fecundam: et quibus pignoribus? Ea de re velim legas Hesiod. in Theogon. v. 225. sqq.

§. 46.

Andebimus igitur, nequid assentari imbecillitat, & indulgere mollitudini videamur, non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras eveltere? Non dubito fore, quod tamen aliquid relinquetur; ita sunt altæ stirpes stultitiae, quas pauci vtique agnoscunt. Sed relinquatur id solum, quod erit necessarium, illudque sic habeatur, nisi sanati fuerimus, finem miseriarum nullum fore, si tradamus denique nos curandos, sanabimur si volemus.

§. 47.

Qui fortis sit, idem est fidens. Quare autem confidentem non dicamus eundem? Scilicet, quia

quia mala consuetudine loquendi in vitio ponant, quod ductum fuerit verbum & confidendo, quod laudis est. Qui modo sit fidens, (nihil addunt præterea cuius rei fiduciam is habeat,) eum profecto non extimescere; discrepare videlicet ajunt, Stoicos fortassis sequentes in commutandis signis & vocabulis, a timendo confidere.

§. 48.

Nescio adhuc cum ignarissimis, cur non laudent illum quoque, qui tam sit fidens, ut audeat quod ab aliis habeatur carcere dignum, quos novarent sic potentes, ut libertatem omnem cripere nihil vereantur? Sit sane, ut quarum rerum præsentia sumus in ægritudine, easdem impendentes & venientes timeamus; quid fieri? Verisimile est, in quem cadat ægritudo, in eundem cadere timorem, h. e. infractionem animi & demissionem, ut serviat denique, ut viatum, se quandoque esse fateatur.

§. 49.

Hoc est, quod litigantes etiam in judicio pudet, quia succumbere nolint, tanta est causæ fiducia, non quidem bonæ, ut timiditatem & ignaviam reputent non omnem lapidem moveare, ut superiores sint prælio quod committunt volentes sine sanguine; neque parcentes sumtibus aut tempori aut rebus cæteris ullis tanto earum periculo vacui, quod vitam trahat, ægritudinem autem nihil minuat. (*)

N 3

(*) Ita

(*) Ita C. F. Gellert, in fabula quæ inscribitur der Procesß. p. m. 27. non sine humanitatis sparsa sale:

Drum, Bruder recht und streite nur,
Du siehst, man will dich übertäuben;
Doch, gieb nicht nach, setz alles auf
Und lasß dem Handel seinen Lauf.
Denn Recht muß doch Recht bleiben.

§. 50.

At quæ partium est quantaque contentio, eadem deprehenditur penes eos qui stant ab vtraque parte vel altera, vt verear, ne in ipsum judicem sæpe ea cadat 'animi demissio, quam in sapientem cadere illi negant. Necesse esse clamitant, hunc esse magni animi & sic invictum; ostendant mihi modo aliquos, qui res humanas, quam sint leves, despiciant atque infra se positas arbitrentur, vt nunquam conturbetur animus eorum, ne non sit aptus ad exsequendum munus suum.










ABe 50B 14
1/27
S

Ka 61.19





HISTORIA
JVRISPRVDENTIAE
VNIVERSAE
ROMANA ET GERMANICA
IN
COMPENDIVM REDACTA,
ET
SCHOLIIS
PRAECIPVIS IN LOCIS,
VBI MAXIME IISDEM OPVS ESSE VIDEBATVR,
ILLVSTRATA,
QVAM
PRAELECTIONIBVS
POSTEA HABENDIS
DESTINAVIT
JOACHIMVS JACOBVS
REINECCIVS.
J. V. D.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS VESTERIANIS. MDCCCLXVIII.

